afficimur. Sic admonuit apostolus ut non contristemur. Sed non sicut ceteri qui spem non habent. Contristamur ergo nos in morte nostrorum necessitate amittendi. Sed cum spe recipiendi. Inde angimur. hinc consolamur. Inde infirmitas afficit. inde fides reficit. Inde dolet humana conditio. hinc sanat divina promissio. Proinde pompa funeris agmina exequiarum sumptuosa diligentia sepulture monumentorum opulenta constructio vivorum sunt qualiacumque solacia non adiutoria mortuorum. Orationibus vero sancte ecclesie et sacrificio salutari et elemosinis que pro eorum spiritibus erogantur non est dubitandum mortuos adiuvari ut cum eis misericordius agatur a domino quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum universa observat ecclesia. ut pro eis qui in corporis et sanguinis christi communione defuncti sunt. cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur oretur ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cum vero eorum commendandorum causa opera misericordie celebrantur quis eis dubitet suffragari pro quibus orationes deo non inaniter allegantur. Non omnino ambigendum est ista prodesse defunctis. Sed talibus qui ita vixerunt ante mortem ut possint eis hec utilia esse post mortem. Nam qui sine fide que per dilectionem operatur eiusque sacramentis de corporibus exierunt. frustra illis a suis huiusmodi pietatis officia impenduntur. cuius dum hic essent pignore caruerunt. vel non suscipientes vel in vacuum suscipientes dei gratiam et sibi non misericordiam. thesaurizantes iram. Non ergo eis mortuis nova merita comparantur cum pro eis boni aliquid operantur sui. Sed eorum precedentibus consequentia redduntur. Non enim factum est nisi cum hic viverent ut eos hec aliquid adiuvarent cum hic vivere desiissent. Et ideo istam quisque finiens vitam non nisi quod meruit in ista non poterit habere post ipsam. Concedantur itaque pia corda carorum de suorum mortibus contristari dolore sanabili et consolabiles lacrimas fundant conditione mortali. quas cito reprimat fidei gaudium. qua creduntur fideles quando moriuntur paululum a nobis abire et ad meliora transire. Consolentur eos etiam fraterna obsequia sive que funeribus exhibentur. sive que dolentibus adhibentur. ne iusta querela dicatur. Sustinui qui simul contristaretur et non fuit et consolantes et non inveni. Agatur pro viribus cura sepeliendi et sepulchri construendi. quia et hec in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt. nec solum in corporibus patriarcharum aliorumque sanctorum atque quorumcumque cadaveribus iacentium. verum etiam in ipsius domini corpore predicati sunt atque collaudati. Impleant ista homines erga suos officia postremi muneris et sui humani leniamenta meroris. Verum illa que adiuvant spiritus defunctorum. oblationes orationes erogationes multo

per eius ab spiritualem instancius. Ju-
deicantibus. impendunt qui sunt
carne non spiritu mortuus non solo
carnali sed spirituali amat [Sermo 33]

Quando celebramus diem fratrum
defunctorum in mente habere
debemus et quid sperandum et quid
timendum videtur. Hoc enim speran-
dum est quia preciosa in conspectu
domini mors sanctorum eius. Et
hoc autem timendum est quia mors
peccatorum pessima. Ideo quia pro iustorum
In memoria eterna erit iustus.
Pro timore ab auditu malo non
timebit. Erit enim ad dexteram
inter illos quibus dicitur venite
benedicti patris mei percipite regnum
In hac autem vita que media
ante summa bona et ad summa
mala dicitur in medio bonorum
malorum. id est in neutra parte summorum
quia et bona que metuis hic sunt
bona in comparatione eternorum bo-
norum nulla sunt. et mala quecumque
in hac vita patimur habemus in
comparatione ignis eterni nec com-
paranda sunt. In hac ergo medi-
etate vite illud quod audivimus
nunc ex evangelio tenere debemus. Qui
credit in me etiam si mo-
riatur vivit. Et utramque pronunciat
et mortem non negat. Quam credit
in me. licet moriatur vivit. Ergo
et licet moriatur vivit. licet mo-
riatur corpore vivit spiritu deinde ad
surgit. Et qui vivit et credit
in me non morietur in eternum. Et
licet moriatur carne non in spiritu non
moriatur. Sed licet moriatur ad tempus
non morietur in eternum. Sic ergo pl-
ura. quia ut non sint in[...] contra

via ubi veritatis et possunt in
structus affectu pietatis. Ergo licet
in corpore moriemur, summus viventes
procedimus. Est autem fides nostra
maior distincta a bonum fide gen-
tilium in ritu mortuorum. Hanc
enim animo illi non acceperunt. quia
ubi acceperant non tenent. Ad hunc
enim propria voluntas hominis. ut
sit fidei acceptabilis. Dicit nobis
deus Christus meus non capit in
nobis. Ergo in christo capit in quibus
invenit quod capiat. In christo enim
invenit quod capiat Christus qui
capit qui credunt quod deus pos-
sit licendo non decipit. Ille enim qui
quereret animam perditam. et quod que-
rit invenit et ubi quereat et quod
eius membra dispersa colligit
et in una salute redigat et ita
constituat. ut etiam ultimus non possit
contemplari. ergo nos invicem
et in hiis sermonibus nostris. Possumus
non dolere cor humanum defuncto
karissimo nostro tamen doleat et
sanatur cor humanum quia non dole-
re sit inhumanum. Maria autem co-
gitabat fratrem mortuum dolebat
Sed quid miraris quia Maria
tunc dolebat cum ipse deus fle-
bat mortuum. Si tantum nobis
vicerat non mortuum flebat
quem ipse suscitavit. Sed morte
quam sibi homo peccando compa-
ravit enim patrem non possideret.
Sine dubio mors secunda non
fuisset secunda est mors quod et
corpus quod possit mors anime.
Mors autem possit deserente
deo. et mors corporis secunda est
deserente anima. deserunt nolens

et contra est dispositio voluntatis tue
illi dicetur. recessisti ab eo quem
diligere debuisti. recede ab eo quem
dilexisti. et ibis cum velit mori.
precipue nemo. et ita nemo ut beato
petro dicetur. Alter te cinget et
ducet te quo tu non vis. Si
ergo nulla esset mortis amari-
tudo. non esset nimis magna
fortitudo. Ideo et apostolus de dormi-
entibus inquit nolo vos igno-
rare fratres ut contristemini. sed ut non
sicut ceteri contristemini quemadmodum gentes
que spem non habent. vere eundem
ut contristemini sed ubi contristamini ubi
corpus quod diu vivit exanime fit
corde discedente una qui anim-
abat viscera. qui loquebatur tacet
oculi lucem non capiunt aures
nulla voce patescunt. cuncta mem-
brorum officia conquieverunt non est
qui moveat gressus ad ambulan-
dum manus ad operandum sensus
ad percipiendum. Nonne ista est domus
quam nescio quis in habitabilis
habitator ornabat. discessit qui
non videtur. remansit quod cum
dolore videatur. Ista est causa tri-
sticie. huius tristicie. Sed hec est causa
sine tristicia. huius tristicie que consolacio
est. Quia ipse dominus in iussu et in voce
et archangeli in novissima tuba
descendet de celo. et mortui in christo
resurgent primi. deinde nos vi-
ventes qui relinquimur simul
cum illis rapiemur in nubibus
obviam christo in aera et ita semper
cum domino erimus. propter contristamini.
Ubi tanta est consolacio. de tristi-
cia et animo. Fides est consolacio do-
lorum. In tanta spe non decet esse
tristia templa dei. Ibi habitat bonus
consolator ille qui non fallit pro-
missor. Ergo quia mortuum dum
plangimus. quia mors amara
est. per illam transivit et dominus. Sufficit
aut habet pauca caritate vere
consolatur. huiusmodi qui non
migrat de animo cordis. Sed ita dig-
ne habitare. ut digne credatur sine
mutatione consistit ad dominum. Sermo .xli.

Omnium christianorum spes fide-
lium in futurum tempus ex-
tenditur. ut quod hic promissum deo a li-
bi nos promisisse legitur. Hec nobis
promissa sunt eterna. sed in futuro
seculo. eternum premia reservata
esse sequendo et premiando dominica spi-
ritus separant tempus laboris et
premii. Hic ergo laboramus. hic
promissa. mandata enim sunt
ut in futuro seculo. in meliori
regno eterna premia capiamus
Bonum eum debemus fide dilectissi-
mi quod nobis scriptura divina
commendat. id est futurum esse iudicium
dei quod post resurrectionem com-
plebitur mortuorum. Hoc est quod
paganos perpetue agentes errore
fecerunt. quia illi habent enim non
iudicium esse credunt. et non sine deo
esse credimus. patres atque omnibus
non metuunt iniquari. nos non
ita in hac vita credimus. ut non
ad alium separationem inquit et
bonis bona et malis mala re-
tribuuntur. Sicut dixit apostolus

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi ut recipiat unusquisque propria prout gessit sive bona sive mala. Sicut hic nos estimamus incerto. et nos in ante presentes apparemus ita et tam post resurrectionem mortuorum estimari sumus ante tribunal christi sane eius presentiam antequam tunc habebimus quod non habemus. et in hac ipse quis nunc redimimus. sumus corpore resuscitandi. Illo enim sicut multa mala facti sumus. non sicut equi et boves. ut eterna morte peream(us) qua pressi hic vivimus alibi indicamur. ut a presentibus penis aut probemus spiritualibus pena torquis eterna. Nemo ergo fidelis bonus de hac re desperet. in qua omnium spes consistit credentium fides apostolo predicanti et nunc de hac dubitantes ad diem iudicii nos preparate. An forte sicut impii et increduli non putatis fieri posse ut a morte resurgamus. Plane dicat hic qui impotentem non credit esse deum qui hoc promittit futurum. Nos autem qui scimus omnipotentem illum quia promisisse deum legimus quod resurrectionem mortuorum faciat non possumus de resurrectione dubitare. Quod se futurum esse promittit. qui omnipotens est et mentiri nescit. Sed te appello quicumque infidelis non de resurrectione dubitas quoniam non posse mortuos resuscitari credis. O quanto amplius mirabile homines facere qui non erant. an

eos qui facti sunt atque vixerunt post mortem reparare. Utique plus est facere quod numquam fuit quam reparare quod fuerat. Credo ergo impossibile esse dicas. ut deus qui homines formavit ex nichilo reformetur. Credo nos suscitare non possit quos in pulverem qui iam in nichilo redigimus. Facere potuit ut essemus sicut et fecit nos cum eo antea numquam fuissemus. [illegible] beatus paulus apostolus dicit. Sed dicunt aliqui quomodo resurgunt mortui aut quali autem corpore veniunt. Insipiens tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur et quod seminas non corpus quod futurum est seminas. sed nudum granum. ut puta tritici aut alicuius ceterorum. Deus autem dat illi corpus sicut voluit et unicuique seminum proprium corpus. Noli ergo incredulus esse de resurrectione dubitare. Cum granum seminum mortuum et putrefactum vivificat. Per quem in hoc seculo vivis multo magis te ipsum resuscitabit ut vivas in eternum. Cum in te reparat que tibi sunt necessaria non te ipsum reparat propter quem et alia reparat. Dignitatem tuam si sentiens considerare que ipso seculo videmus dum ministrat annus testimonium est rerum futurarum. Videmus hyemis adventu arbores spoliari pomis. nudari foliis. Sed eas rursum verno tempore spem rerum promittunt. que primo quasi incipiunt terre in gemmis tunc ornari in floribus vestiri et foliis

et postmodum pomis ornavit. Interro-
go te infidelis homo qui de veritate
dubitas ubi fuerunt ista que tempore
quo deus disposuit producuntur.
Dic michi ubi latitabant antequam produ-
cerentur que inspicimus quando videntur.
Sed eum deus qui cuncta de terra
commixtis condidit. Et certa sua
virtute produxit. Sicut enim ad
campos et prata respicite que
estate transacta herbis sunt spo-
liantur ac floribus et nuda re-
manent apud speciem terre. Sed
iterum novo tempore revestiuntur et na-
scentibus germine incipiente le-
tatur agricola et terre herba
que ante vixit et mortua (?) in [illegible]
revixit [illegible] fit etiam
et arbor corpus revestit [illegible]
[illegible] dicas o homo [illegible]
[illegible] credimus futurum ut arbores
et herbe omnia revestiunt quia
etiam facta cognoscimus. Unde
ante cognoscere possumus qui mor-
tui resurgunt eo ad hunc mortu-
us nemo surrexit [illegible] hoc
dicas vel cogitas audi patienter
et intellige sapienter. Ysaias dicit ut
ipsius Christus morte valent ma-
ri et resurgere ne tu de resurrec-
tione dubitares. Tamen quomodo
potes dubitare quia nos sumus
resurrecturi a mortuis cum hoc
promittat deus qui nescit aliud
mentiri qui potest facere quicquid vult
quia omnipotens est et implet omnia
que promittit quia verax est et
mendacium in eo non est. Et dedit
nobis pius et misericors deus

virtutis sue pignus et grandi testi-
monio spem nobis resurrectionis
condidit quia unigenitus filius
suus pro nobis homo factus et mor-
tuus a mortuis surrexit. Ipse
enim dominus noster Ihesus Christus nasci con-
tinuit de Maria virgine digna-
tus est et a nobis crucifigi et
die tertia resurgere ut nos tali
exemplo animati resurrec-
tionem ex mortuis credamus et
[illegible] quod qui non credit
futurum [illegible] quod credit quod
Christus resurrexit a mortuis
[illegible] ante dominum Ihesum resurrexe-
runt a mortuis [illegible]
[illegible] potest dubitare. Abstineamus
ergo nos ab omni opere malo
ab inimicitiis, ab ebrietate, a
fornicatione, a furto, a periuriis,
a falso testimonio, a detractione,
quia hec omnia odit deus
et eos qui ista faciunt punit
in futuro. Estote ergo benigni mi-
sericordes in mutuo honorantes
et eam semper operantes que in-
terius sunt diligit deus ut
possitis eius esse cives ad eter-
nam et immortalem gloriam
pervenire et venire in secula
seculorum amen. Sermo 37

Magnitudo celestium bene-
ficiorum angustias humane
mentis excedit et propterea ita ex-
cellit divina providentia ut
quod capere in nobis non [illegible]
[illegible] non potest fides devota
concipit et intellectum credulitatis
non robusta [illegible] [illegible]

quia per propriam transgressionem quam parentum
origini et morti tenemur obnoxii
per precium ex alio debitis in quo
essemus generi debitores in ista
qualitate captivitatis reparavit
nummis redempcionis. i. ut debitam
morte offerret indebitam quam
non habemus unde vivimus ut et
unde moreretur materiam de nostra
mortalitate suscepit collata mori
posset vita pro morientibus Et ideo quia
corpus assumptum ablaturus erat
ab oculis nostris et sideribus illaturus
necessarium erat ut nobis sacramentum
corporis et sanguinis consecraret ut
coleretur jugiter per misterium quod semel
offerebatur in precium. ut quia cotti-
diana et indefessa currebat pro
hominum salute redempcio perpetua
esset etiam redempcionis obla-
cio et perhennis illa victima viveret
in memoria et semper presens esset
in gracia. Unde vera et perfecta hostia
fide estimanda non specie neque exteri-
ori censenda visu sed interiori affectu
Unde nunc celestis confirmat auc-
toritas quia caro mea vere
est cibus et sanguis meus vere
est potus. Recedat ergo omne
infidelitatis ambiguum quando-
quidem qui auctor est muneris
ipse etiam testis est veritatis. Nam
invisibilis sacerdos visibiles cre-
aturas in substanciam corporis et
sanguinis sui verbo secreta potestate
convertit ita dicens accipite et
comedite. hoc est corpus meum.
Et sanctificatione repetita accipite
et bibite. hic est sanguis

Ergo ad nutum precipientis domini
repente ex nichilo substiterunt
excelsa celorum. profunda fluctuum
vasta terrarum. pari potencia in
spiritualibus sacramentis. ubi precipit
virtus. rerum servit effectus. Et quanta
itaque et quam celebranda beneficia
vis divine benedictionis operetur et quo-
modo tibi novum et impossibile videri
non debeat quod in Christi substancia terrena
et mortalia commutantur teipsum qui
iam in Christo regeneratus es interroga dudum
alienus a vita. peregrinus a misericordia a salutis
via intrinsecus mortuus exulabas
subito initiatus Christi legibus et salu-
taribus misteriis innovatus in corpus
ecclesie non videndo sed credendo transili-
sti et de filio perdicionis adoptivus
dei filius occulta puritate meru-
isti in mensura visibili permanens
maior factus es te ipso invisi-
biliter sine quantitatis augmento
cum ipse atque idem esses multo alter
fidei processibus exstitisti. In exteri-
ori nichil additum est. et totum in in-
teriori mutatum est. ac sic homo Christi
filius effectus. et Christus in hominis mente
formatus est. Sicut ergo sine corporali
sensu preterita utilitate deposita subito
novam indutus es dignitatem.
et sicut hoc quod in te deus lesa curavit
infecta diluit maculata detersit
non oculis sed sensibus tuis cre-
dita ita cum reverendum alta-
re cibis saciandus ascendis sacrum
dei tui corpus et sanguinem fide re-
spice honora mirare. mente con-
tinge cordis manu suscipe et
maximo haustu interiori assume

quod si aliud legis manna quod legi-
stis aliud manna ut credunt
licet unumquodque sapiebat quod desi-
derabat unusquisque. Aliud erat
quod sumebatur aliud quod videba-
tur in invisibilibus ille sapor et in singulorum
sensibus formabatur. Sic et aliud le-
gis manna celicus illapsum
pro [illegible] quantitates nec
sue nutu ex quibus sumi poterat
in idem. et eius creaturis suis dispe-
satio largitoris multiplici diversi-
tate tradidit. Prebebat gustus
quod ignorabat aspectus mixta per-
cipientis desiderio esse illi novi-
tas et dignitas nesciebat. Unus-
que unus alicuius saporis refi-
ciebat mellifluum plurime aliud
donum multiplex sicut ymbris ab-
sconsum erat nec tamen ita sunt qual-
luit. Amicitias faciebat. Sic fi-
des faciat. et si in corpore cibus
sapiebat in pectore dulcius [illegible]
sufficiat sicut legis. Accedit
homo ad cor altum et exaltabitur
deus. Ideo quia delectatio obtine-
bat in fantibus hic laudatio ape-
rit in sensibus. Ad agnoscendum et
percipiendum saporem veri cer-
tis ipsa te robore potencia
consequentis eam tamen latent
prefiguratus in manna. Sic tibi
nunc manifestatur in cenaculum
ante fuisse in manna aliud pre-
figuratum. et iam propheta cum
deus audit dicens. panem
celi dedit eis. panem angelorum

manducavit homo. Et quis
angelorum cibus nisi Christus qui cibus est
sue caritatis et lumine sue clari-
tatis corporalit. Hunc panem specta-
bat propheta dicente duplum col-
ligetis. sabbato autem non colligetis
quod est quasi in dominica die in lege
celebratur et in solo sabbato denega-
tur tamen post ascensionem domi-
nicam diem iudei qui erant recipi-
endus audit et synagoge ad
quam cultus sabbati pertinebat
negandus esse predicit. Illo dies
iste i. septimus celestis panis fru-
ende multatur. De quo pane vetus
narrat hystoria nec qui plus
collegerat habuit amplius. nec qui
minus paraverat reperit minus
eo quod in eukaristie sacra receptio
non in quantitate perfecta nisi set in
virtute consistit quod sacerdote dispe-
sante tam est in corpore. Quem
esse constat in toto quod in eodem
sumpsit sicut plenum in omni-
bus ita integrum esse complectit
in singulis. De quo ipse apostolus
sub dominica dicens Qui multum
tenet non habundabit et qui mo-
dicum non minorabit. Ei forte
panis esurientibus apparuerunt
dum corpore perveniret ad sin-
gulos quia particularitati et minu-
tati portione sua unusquisque
presumeret. De hoc pane eum assu-
munt mille unus sicut singuli
quia unus tantum unus tantum non
tamen plures sine diminutione
sumpsit quia benedicto hunc
sacramenti sic dispensavit desit dis-
tributore consumpmi sacramenti

ita quod veteris formam etiam in medio
pergimus in verbis expressimus. Ita
de melchisedech in genesi legimus
Melchisedech rex salem protulit
panem et vinum et benedixit Ab-
rahe. Erat autem sacerdos dei summi.
Deo assumpto i. a gentili incircumciso
futura benedicitur ecclesie gloria predica-
tur synagoge infideli plebs
ex gentibus acquisita preponitur.
Hic ergo melchisedech cuius
genealogia vel origo notitia
illius quibus latent oblatione
panis et vini hostie christi sacrificium pre-
figuravit. de quo propheta pronunciat
Tu es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech. Namque
moyses de eo misterio loquens
vinum et sanguinem sub una
appellatione suffecit sub be-
nedictione patriarche domini tamen
passione multo amplius de-
nunciat ita inquiens Lavabit
in vino stolam suam et in sangui-
ne uve pallium suum. Addi-
te quod evidenter constat vi-
ni creaturam christi sanguine
incorporandam. Cuius adhuc
de hac simplicia fide inquirere de-
beas ipso domino attestante cog-
nosce. Nisi inquit manducaveritis
carnem filii hominis et biberitis
eius sanguinem non habetis vi-
tam in vobis. Et unde testimo-
nium contra pellagii blasphe-
mias evidentissimum atque vali-
dissimum est qui asserere ausus impia
impietate presumpsit non propter vitam
sed propter regnum celorum baptismum
parvulis esse conferendum. Sub typis
eum verbis dei quibus claruerat pro-
nunciat non habetis vitam in
vobis apte intelligendum est dum
eam in munere baptismi natura
non solum gratia sed vita. Hec etiam
divini sanguinis vinum aquamque
misterium non solum indicatione
dicitur sequitur apostolus qui passionis
audit ex eius sacro latere sangui-
nis et aqua lancee illisione
perfluxerit. sicut et propheta multo
ante predixit percussit petram et flux-
erunt aque. Et apostolus videbant
eum de capite eius petra. videbis
quod qui de christo biberit gra-
tiam percipiet eo christo vera est et in salo-
mone de ipso deo legimus. Sapien-
tia edificavit sibi domum,
id est corpus dominus assumpsit in quo
habitat plenitudo divinitatis
et subdidit columpnas septem,
quia illud benedictio spiritus sancti
benedictum gratie septiformis implevit.
Immolavit hostias suas. Miscuit
in cratera vinum suum et posuit
mensam suam. Et in sequenti venite
comedite de meis panibus et bibite
vinum quod miscui vobis. Et dum ex-
tra ergo aqua vinum legimus mix-
tam quia utrumque dominus misteri-
o noluit in christianis cum in medio
convivio nuptiali vinum id est fides
in eis deficiebat. vinum inquit defi-
ciebat. quia vinum conficiendum nega-
bat. De qua dicitur Ex potestate ut
faceret vinum. Fecit autem primus.
Unde et pertinet primum capiti nostri
redemptoris in passione eius duo
imperiali tempore. id est qui primus

ecce sine spirituali exultatione ingrediens
aquas in vinum convertit manifeste presigna-
bat multitudines gentium de paganis
suas esse quod meminimus per aquas
quoque populos significari sicut in apoca-
lypsi sicut legimus aque iste quas
vidisti populi sunt et gentes et lingue
ad nuptias in aquis figuram gentium
de mari in vino autem typum domini-
ce passionis audi ac si dicat in sa-
cramentis Christi fidelis populus in cor-
poratur et iungitur et quadam eorum copula
perfecte caritatis unitur ut possit
dicere cum apostolo Quis nos separa-
bit a caritate Christi tribulatio
an angustia an persecutio et reliqua
quia dominus aut bonum susceptam
sanctificatione iustitie quod fides in
ipso pectore affectus iustitie munda
pietatis infundit. Et ad insinuat
ipso quod in unum corpus terra eius con-
fieri nominum unitate constat assi-
gnatur populorum. Sicut enim frumentum
quod solita progenitis solitudine
separatur in candidam speciem molarum la-
bore perficitur ac per ignem et aquam in
unius panis substantiam congregatur
sic varie gentes diverseque natio-
nes in una fide convenientes unum
Christi corpus efficiunt. Et tamquam
populus quasi tot grana innumera-
bilia ~~aquis legis~~ a secularibus na-
tionibus fide purgante atque libran-
te dispergit. unum quasi in fide-
lium loco presentem collegit ad duorum
testamentorum instructione velut
frumentum geminorum molarum pre-
decoratum necesse est et in illa prima
dignitate originis nativo can-
dore vivitur. ac per aquam baptis-
mi vel per ignem spiritus sancti unius

illius corporis efficitur. Sicut
ergo separari nequeat ab illius
consertae panis adunatione
non potest et sicut aqua redire
ad propriam substantiam in vinum per-
mixtam iam non potest. Sic et
fideles quique atque sapientes
qui se redemptos Christi sanguine
et passione cognoscunt debent
quasi inseparabilia membra ca-
piti suo fidei coniunctione et
ardentissima religione sociari
caritate non voluntate non necessita-
te sed neque non ulla tenere sepa-
ratione non denique ipsa mor-
te possunt divelli. Nec dubi-
tet quisquam primarias creaturas
nutu potentie presentia et ma-
iestatis in dominici sanguinis cor-
poris et transire posse naturam
cum ipsum hominem videat ar-
tificio celestis misericordie Christi cor-
pus effectum. Sicut autem quicumque
ad fidem veniens ante verba bapti-
smi adhuc in vinculo est vete-
ris debiti, his vero commemoratis
mox exuitur omni fece peccati.
ita quando benedicende verbis ce-
lestibus creature sacris altaribus
imponuntur ante quam invocatione
summi nominis consecrentur substantia
est illic est panis et vini post
verba Christi corpus et sanguis
est Christi. Quid autem mirum
si ea que verbo potuit creare
verbo possit creata convertere? Im-
mo iam minoris videtur esse
miraculi si id quod ex nihilo

agnoscit credidisse nam credi-
tam in melius valeat commuta-
re Deo quere quid ei possit esse
difficile cui facile fuit invisibi-
lia et in visibilia voluntatis
nutu suscitare cui facile hominem
fuit de limi materia figurare
imagine et sue divinitatis
inferre an impossibile eum sursum
renovare de inferis restituere
de perditione reparare de pulvere
de terra levare in celum de homine
facere angelum corpus humanum
conformare corpori claritatis sue
vasis[?] et figmentum suum in regni
sui consortio sublimare ut qui
corpus fragilitatis assumpserat
nos in corpus sue immorta-
litatis assumpserat assumat ad
quam gloriosam resurrectionem pro-
nos operibus preparare dignetur
cum patre[?] qui vivit et regnat in secula se-
culorum Amen vivit in[?] Amen

Explicit sermones beati Augu-
stini de verbis apostoli

Inventio libri pastoralis
capitula et quo ordine tendit

In epistola que prologo ante ponitur con-
tinetur quod Johannes archiepiscopus Raven-
natis reprehendebat beatum Gregorium quia
voluerit latendo fugere curam et
regiminis onera et summi pontificatus
officium. Respondit ei beatus Gregorius
vir quidem nobilissimus doctor maximus
pontifex summus vita sanctissimus omnibus
se voluisse tantum fugere dignitatem
propter quod pondus regiminis et
magnum periculum quod in ipso libro
exprimit eleganter. Ut vacans in-
caute non expetat et incaute non ex-
pectans sed tamen adeptus sic perti-
nenter adeptum exerceat. Horum
explicationem per ordinem in hoc libro
sedulo qui in quatuor partes distinguitur
libri ipse. In quarum prima ostenditur
qualiter quisque ad culmen veniat. In
secunda perveniens qualiter vivat.
In tercia qualiter doceat. In quarta
qualiter suam infirmitatem cognoscat etc.

Ne venire imperiti ad magisteri-
um audeant / 2 Ne locum
regiminis subeant qui vivendo non
perficiunt que meditando didicerunt /
3 De pondere regiminis et quod adversa
queque despicienda sunt et prospera
formidanda / 4 Quod plerumque oc-
cupatio regiminis soliditatem mentis
dissipat / 5 De his qui in regimine
prodesse exemplo virtutum possunt sed
ad quietem propriam sectando refu-
giunt / 6 De his qui pondus
regiminis fugiunt non reluctantur
scilicet tunc vere sunt humiles cum divinis
iudiciis non reluctantur / 7 Quod
nonnunquam predicationis officium
8 De his qui preesse concupiscunt
et ad usum libidinis sue instrumentum apostolice
sententie arripiunt / 9 Quod mens preesse
volentium plerumque sibi ficta bonorum operum
promissione blanditur / 10 Ex quibus ad re-
gimen venire non debeat / 11 Quales
qui ad regimen ordinate pervenit quod
bene in ipso regimine se exhibere / 12
Ut rector cogitatione sit mundus / 13
Ut rector semper operatione sit precipuus / 14
Ut rector sit discretus in silencio utilis in verbo /
15 Ut sit rector singulis compassione proximus
pre cunctis contemplatione suspensus / 16
Ut sit rector bene agentibus per humilitatem
socius contra delinquentium vicia
per zelum iusticie erectus / 17 Ut sit
rector interiorum curam in exteriorum occu-
patione non minuens exteriorum provi-
dentiam in interiorum sollicitudine non
relinquens / 18 Ne placere rector suo
studio hominibus appetat sed tamen ad
quod placere debeat intendat / 19 Quod
scire rector debeat quod plerumque
vicia virtutes esse mentiuntur / 20
Quanta esse debeat rectori discretio
correptionis et dissimulationis fervoris et
mansuetudinis / 21 Quantum rector sa-
cre legis meditationibus esse debeat in-
tentus / 22 Quanta debet esse diversitas in
arte predicationis / 23 Quod aliter a-
monendi sunt viri aliter femine /
24 aliter admonendi sunt iuvenes
atque aliter senes / 25 Quod aliter
admonendi sunt inopes atque aliter
locupletes / 26 Quod aliter admo-
nendi sunt leti atque aliter tristes / 27
Quod aliter admonendi sunt subditi
atque aliter prelati / 28 Quod aliter sunt
admonendi servi atque aliter domini / 29
Quod aliter admonendi sunt sapientes
huius seculi atque aliter hebetes / 30 Quod
aliter admonendi sunt impudentes atque
aliter verecundi / 31 Quod aliter

admonendi sunt protervi atque aliter pusillanimes / 32 Quod aliter admonendi sunt impatientes aliter patientes / 33 Quod aliter admonendi sunt benivoli atque aliter invidi / 34 Quod aliter admonendi sunt simplices atque aliter impuri / 35 Quod aliter admonendi sunt incolumes atque aliter egri / 36 Quod aliter admonendi sunt qui flagella metuunt et propterea innocenter vivunt atque qui sic in iniquitate duruerunt ut neque per flagella corrigantur / 37 Quod aliter admonendi taciti atque multiloquio vacantes / 38 Quod aliter admonendi sunt pigri atque aliter precipites / 39 Quod aliter admonendi sunt mansueti atque aliter iracundi / 40 Quod aliter admonendi sunt humiles atque elati / 41 Quod atque aliter sunt pertinaces atque aliter inconstantes / 42 Quod aliter admonendi sunt gule dediti atque aliter abstinentes / 43 Quod aliter admonendi sunt qui sua misericorditer tribuunt aliter qui adhuc rapere aliena contendunt / 44 Quod aliter admonendi sunt qui nec aliena aliter qui et ea que sunt sua tribuunt et tamen aliena rapere non desistunt / 45 Quod aliter admonendi sunt discordes atque aliter pacati / 46 Quod aliter sunt seminantes iurgia atque aliter pacifici / 47 Quod aliter admonendi sunt sacre legis verba non recte intelligunt atque aliter qui recte intelligunt sed humiliter non loquuntur / 48 Quod aliter admonendi sunt qui cum digne predicare valeant pre nimia humilitate formidant atque aliter quos a predicatione imperfectio vel etas prohibet et tamen precipitatio impellit / 49 Quod aliter admonendi sunt qui in his quod temporaliter appetunt prosperantur atque aliter qui ea que sunt mundi concupiscunt sed tamen adversitatis labore fatigantur / 50 Quod aliter admonendi sunt coniugiis obligati atque aliter coniugiis liberi / 51 Quod aliter admonendi peccatorum commixtione experti atque aliter ignari / 52 Quod aliter admonendi sunt qui peccata deplorant operum atque aliter qui cogitationum / 53 Quod aliter qui admissa plangunt nec tamen deserunt atque aliter qui deserunt nec plangunt / 54 Quod aliter admonendi sunt qui illicita que faciunt et laudant atque aliter qui accusant prava nec tamen devitant / 56 Quod aliter admonendi sunt qui repentina superantur atque aliter qui in culpa ex consilio ligantur / 55 Quod aliter admonendi sunt qui licet minima crebro tamen illicita faciunt atque aliter qui se a parvis custodiunt sed aliquando in gravibus demerguntur / 58 Quod aliter admonendi sunt qui bona nec inchoant atque aliter qui inchoata minime consummant / 59 Quod aliter admonendi sunt qui mala occulte agunt et bona publice atque aliter qui bona que faciunt abscondunt et tamen quibusdam factis publice mala de se opinari permittunt / 60 De exhortatione multis adhibenda ut sic singulorum virtutes adiuvet quatenus per hanc contraria virtutibus vitia non excrescant / 61 De exhortatione que uni adhibenda est contrariis passionibus laboranti / 62 Quod infirmis mentibus omnino non debeant alta predicari / 63 De opere predicationis et voce / 64 Post cuncta rite omnia qualiter predicator ad semetipsum redeat ne hunc vel vita vel predicatio extollat / Incipit 4a pars libri pastoralis b. gregorii

Pastoralis cure me pondera fu-
gere delitescendo voluisse be-
nigna frater karissime atque humillima
intentione reprehendis / que ne qui-
busdam levia esse videantur presentis
libri stilo exprimo de eorum gravedine
omne quod penso ut et hec qui vacat
incaute non appetat / et qui incaute
appetiit adeptum se esse pertime-
scat. Quadripertita vero disputa-
tione liber iste distinguitur ut ad
lectoris sui animum ordinatis allega-
tionibus quibusdam passibus gradiatur.
Nam cum rerum necessitas exposcit
pensandum valde est ad culmen quisque
regiminis qualiter veniat. Atque
ad hoc rite perveniens qualiter vivat et
bene vivens qualiter doceat et recte do-
cens infirmitatem suam cotidie
quanta consideratione cognoscat / ne aut
humilitas accessum fugiat / aut per-
venientem vita contradicat / aut re-
ctitudinem vitae doctrina destituat / aut doctrinam
presumptio extollat / Prius ergo ap-
petitus timor temperet post autem
magisterium quod a non querente su-
scipitur vita commendet ac deinde ne-
cesse est ut pastoralis bonum quod
vivendo ostenditur etiam loquendo propagetur.
Ad extremum vero superest ut perfecta
queque opera consideratio proprie infirmi-
tatis deprimat ne hec ante occulti
arbitri oculos tumor elationis
extinguat. Sed quia sunt plerique
imperitia mihi similes qui dum me-
tiri se nesciunt que non didice-
runt docere concupiscunt qui pondus
magisterii tanto levius estimant
quanto vim magnitudinis illius ignorant
ab ipso libri huius reprehendantur
exordio ut quia indocti ac precipites
doctrine arcem tenere appetunt a precipi-
tationis sue ausibus in ipsa locutionis
nostre ianua repellantur. Capitulum
~~Ne imperiti audeant venire ad ma[gisterium]~~

Nulla ars doceri presumitur nisi
intenta prius meditatione
discatur. Ab imperitis ergo pastorale
magisterium qua temeritate suscipitur
quando ars est artium regimen animarum.
Quis autem cogitationum vulnera oc-
cultiora esse nesciat vulneribus viscerum.
Et tamen sepe qui nequaquam spiritualia
precepta cognoverunt cordis se
medicos profiteri non metuunt dum
qui pigmentorum vim nesciunt videri
medici carnis erubescunt. Sed
quia auctore deo ad religionis
reverentiam omne iam presentis seculi
culmen inclinatur sunt nonnulli qui
intra sanctam ecclesiam per speciem regiminis
gloriam affectant honoris videri doc-
tores appetunt transcendere ceteros concupi-
scunt atque attestante veritate primas
salutationes in foro primos in cenis recubitus primas in con-
ventibus cathedras querunt qui su-
sceptum cure pastoralis officium
ministrare digne tanto magis ne-
queunt quanto ad humilitatis magisterium
ex sola elatione pervenerunt. Ipsa quippe
in magisterio lingua confunditur
quando aliud discitur et aliud docetur. Quos
contra dominus per prophetam queritur dicens. Ipsi
regnaverunt et non ex me principes ex-
stiterunt et non cognovi. Ex se namque
et non ex arbitrio summi rectoris regnant
qui nullis fulti virtutibus nequaquam
divinitus vocati sed sua turpidine
accensi culmen regiminis rapiunt po-
tius quam assequuntur. Quos tamen
internus iudex et provehit et non novit

cognoscit quia quos permittendo
tolerat procul dubio per iudicium reprobatos
ignorat. Unde ad eos quibusdam
et per miracula venientibus dicit: Recedite
a me operarii iniquitatis. Re-
stis qui est pastorum imperitia voce
veritatis increpat cum per prophetam dicitur:
Ipsi pastores ignoraverunt intelligen-
tiam. Quos rursum Dominus detestatur
dicens: Et tenentes legem nescierunt
me. Et nescire ergo se eos veritas
queritur et nescire se principatum ne-
scientium protestatur. Quia profecto hii
qui ea quae sunt Domini nesciunt a Domino
nesciuntur Paulo attestante qui ait:
Si quis autem ignorat ignorabitur.
Quae nimirum pastorum saepe imperitia
meritis congruit subiectorum quia
quamvis lumen scientiae culpa sua exigente
non habeant districto tamen iudicio agi-
tur ut per eorum ignorantiam hii et qui se-
quuntur offendant. Hinc namque per se-
metipsam in evangelio veritas dicit: Si
caecus caeco ducatum praebeat ambo
in foveam cadunt. Hinc psalmista non
optantis animo sed prophetantis ministerio
denuntiat dicens: Obscurentur ocu-
li eorum ne videant et dorsum eorum semper incurva.
Oculi quippe sunt qui in ipsa ho-
noris summi facie positi providendi
officium susceperunt. Quibus nimirum
qui subsequenter inhaerent dorsa vo-
cantur. Obscuratis ergo oculis dorsum
flectitur quia cum lumen scientiae perdunt
qui praecedunt profecto ad portanda peccatorum
onera incurvantur qui sequuntur.

Sunt nonnulli qui solerti
cura spiritualia praecepta perscrutan-
tur sed quae intellectu penetrant vivendo
conculcant. Repente docent quae non
opere sed meditatione didicerunt
et quod verbis praedicant moribus impu-
gnant. Unde fit ut cum pastor
per abrupta graditur ad praecipitium grex
sequatur. Hinc namque per prophetam Dominus
contra contemptibilem pastorum scientiam co-
queritur dicens: Cum ipsi limpidissi-
mam aquam biberetis reliquam pedibus
vestris turbabatis. Et oves meae quae
conculcata pedibus vestris fuerant pa-
scebantur et quae pedes vestri turbaverant
haec bibebant. Aquam quippe limpi-
dissimam pastores bibunt cum sub-
iecti quique non sectantur verba quae audi-
unt sed sola quae conspiciunt
exempla pravitatis imitantur. Cumque
dicta sitiunt quia per opera pervertuntur
quasi corruptis fontibus lutum
sumunt. Hinc quoque scriptum est per
prophetam: Laqueus ruinae populi mei sacerdotes
mali. Hinc rursum Dominus de sacerdotibus
dicit per prophetam: Facti sunt in ampli
domui Israel in offendiculum iniquita-
tis. Nemo quippe amplius in ecclesia
magis nocet quam qui perverse a-
gens nomen vel ordinem sanctitatis
habet. Delinquentem autem redarguere
nullus praesumit et in exemplo
culpa vehementer extenditur quando pro
reverentia ordinis peccator honoratur.
Indigni autem quique tanti reatus
pondera fugerent si veritatis sententiam
sollicita cordis aure pensarent qua
dicitur: Qui scandalizaverit unum de pusillis
de pusillis istis qui in me credunt
expedit ei ut suspendatur mola asi-
naria in collo eius et demergatur in
profundum maris. Per molam asinariam
saecularis vitae circuitus ac labor expri-
mitur et per profundum maris extrema
damnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis

spem in dubiis vel non actos destituit vel
quo melius perfecto fruat ut hunc ad
morte sub potiori statu certa acta
constringerent quod sacra officia in
culpa actibus instabilem demonstraret
tamen nimirum si solus cadit utcunque
quae tolerabilior infra pena cru-
ciatur. ~~De pondere regiminis &~~

Et itaque breviter diximus ut quantum
esset pondus regiminis mon-
straremus ne temere sacra regimina quis
quis his impar et appetere audeat
et per compram culminis ducatum susci-
piat perditionis. Hinc enim pie Ia-
cobus prohibet dicens nolite plures
magistri fieri fratres mei. Hinc ipse
Dei hominumque mediator regnum perci-
pere vitavit in terris qui supernorum quoque
spirituum scientiam sensumque transcendens
ante secula regnat in celis. Scriptum
quippe est Iesus cum cognovisset
quia venturi essent ut raperent eum
et facerent eum regem fugit iterum in
montem ipse solus. ~~eamus~~ Quis enim princip-
ari hominibus tam sine culpa potu-
isset quam is qui hos nimirum regeret
quos ipse creaverat. Sed quia idcirco
in carne ~~apparuit~~ apparuit ut non solum per
passionem nos redimeret verum
et per conversationem nos doceret exem-
plum sequentibus prebens rex fieri noluit
ad crucis vero patibulum sponte
convenit oblatam gloriam culminis
fugit penam probrose mortis appe-
tiit ut membra eius videlicet discerent
favores mundi fugere terrores mi-
nime timere pro veritate adversa diligere
prospera formidando declinare quia
ista sepe per tumorem cor inquinant

illa per dolorem purgant. In istis se
homo obliviscitur in illis vero ad sui me-
moriam volens et coactusque revo-
catur. In istis sepe et ante acta bona
depereunt in illis autem longi quoque
temporis admissa terguntur. Nam plerumque
quod adversitatis magisterio sub disciplina
cor premitur quod si ad regiminis culmen
erumpit in elationem usu glorie per-
mutatur. Sic Saul qui indignum se
prius considerans fugerat mox ut re-
giminis gubernacula percepit intumu-
it honorem namque coram
populo cupiens dum reprehendi pub-
lice noluit ipsum qui in regnum
unxerat scidit. Sic David auctoris
iudicio pene in cunctis actibus
placens mox ut pressure pondus de-
seruit in tumorem vulneris erup-
pit seque in morte viri
crudeliter rigidum qui in appetitu
femine fuit enerviter fluxus. Et
qui malis ante noverat parcere post
in bonorum quoque necem post didicit
sine obstaculo retardationis anhela-
re. Prius quippe ferire deprehensum
persecutorem noluit et postmodum dev-
oti desiderantis exercitus et devotum
militem extinxit quem profecto abe-
lectorum numero culpa longius ra-
peret nisi hunc ad veniam flagel-
la revocassent. ~~Et plerumque corrumpit~~

Sepe suscepta cura regiminis
cor per diversa dividitur et im-
par quisque ad singula dum
confusa mente dividitur ad multa
unde quidam sapiens provide dicit
fili ne in multis sint actus
tui quia videlicet nequaquam plene in

nolens

uix cuiusque operis rationem colligit dum
mens per diuersa partitur. Cumque foras
per insolentem curam trahitur timoris
interni soliditate vacuatur. fit enim in exte-
riorum dispensatione sollicita et sui
solummodo ignara scit multa cogi-
tare se nesciens. Nam cum plus quam
necesse est se exterioribus implicat quasi oc-
cupata in itinere obliuiscitur quo ten-
debat ita ut a studio sue inqui-
sitionis aliena nec ipsa quidem
que patitur dampna consideret et per quan-
ta delinquat ignoret. Neque enim
se ezechias peccare crediderat cum
venientibus ad se alienigenis cel-
las aromatum ostendit sed in dampna-
tione se future prolis iram iudicis per-
tulit ex eo quod se facere licenter existimavit 6
Sepe dum multa suppetunt dumque
agi possunt que subiecti quia acta
sunt admirentur in cogitatione se animus
eleuat et plene in se iram iudicis
provocat quamvis in iniquitatis opera
non erumpat. Intus quippe est
qui iudicat intus quod iudicatur. ~~[illegible]~~ Cum ergo in
corde delinquimus latet homines quod
apud nos agimus sed tamen ipso iudice
teste peccamus. Neque enim rex babi-
lonie tunc reus elationis exstitit cum
elationis verba peruenit ~~[illegible]~~ quippe qui
ore prophetico et ante iam ab elatione
conticuit sententiam reprobationis audiuit. Iam
culpam namque perpetrate superbie
iam ante deterserat cum omnipotentem
deum quem se offendisse repperit cunctis
subiectis gentibus predicauit. Sed post hec
successu potentie eleuatus dum
magna se fecisse gaudet cunctis
prius in cogitatione se pretulit et postea
adhuc tumidus dixit ~~[illegible]~~ Nonne hec est
babilon magna quam ego edifica-
ui in domum regni et in robore fortitu-

dinis mee et in gloria decoris mei. Que
videlicet vox ire illius vindictam aperte pertu-
lit quam occulta elatio accendit. Nam
districtus iudex prius inuisibiliter vi-
dit quod postmodum publice feriendo re-
prehendit. Unde et hunc in irrationale animal
vertit ab humana societate separauit a-
gri bestiis mutata mente coniunx-
it ut districto videlicet iudicio hoc quod
esse perderet qui magnum se ultra ho-
mines estimasset. Hec itaque proferentes
non potestatem reprehendimus sed ab appeti-
tu illius cordis infirmitatem munimus
ne imperfecti quique culmen arripere re-
giminis audeant et qui planis stan-
tes titubant in precipitium pedem non
ponant. ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
6 Nam nonnulli sunt qui eximia
virtutum dona percipiunt et pro exercita-
tione ceterorum magnis muneribus ex-
altantur ~~[illegible]~~ studio castitatis mundi
abstinentie robore validi doctrine dapibus
refecti patientie longanimitate humiles auc-
toritatis fortitudine erecti pietatis gratia beni-
gni iustitie seueritate districti sunt.
~~[illegible]~~ hi nimirum culmen regiminis si
vocati suscipere renuunt ipsa sibi plerum-
que dona adimunt que non pro se solummodo
sed pro aliis sibi acceperunt. ~~[illegible]~~ Cumque sua
et non aliorum lucra cogitant ipsis se
que priuata habere appetunt bonis priuant.
Hinc namque ad discipulos veritas dicit. Non
~~[illegible]~~ potest ciuitas abscondi supra montem et
~~[illegible]~~ accendunt lucernam et pon-
unt eam sub modio sed super candela-
brum ut luceat omnibus qui in do-
mo sunt. Hinc ~~petro ait~~ Symon Jo-
hannis amas me pasce oues
meas. ~~[illegible]~~ Si ergo dilectionis est testimonium cu-
ra pastoris quisquis virtutibus
pollens gregem dei renuit pascere
pastorem summum conuincitur non amare.

~~[illegible]~~ renuit

sicut Paulus dicit: Christus pro omnibus mor-
tuus est. Ergo omnes mortui sunt
et pro omnibus mortuus est Christus, ut et
qui vivunt iam non sibi vivant sed ei
qui pro ipsis mortuus est et re-
surrexit. ~~Hinc~~ Moyses ait: ut uxo-
rem fratris defuncti sine filiis super-
stes frater accipiat atque ad nomen fratris
filium gignat. ~~[illegible]~~ Quod si accipe-
re renuerit, hunc in faciem mulier
conspuat, unum ei pedem propinquus
discalceat, eiusque habitaculum domus
discalceati vocet. Frater quippe
defunctus ille est qui post resurrectionis ap-
paritionem gloriam dixit: Ite, nuntiate
fratribus meis. Qui quasi sine filiis
obiit, quia adhuc electorum suorum
non impleverat numerum. Huius videlicet uxo-
rem superstes frater percipere, quia
dignum profecto est ut cura sancte ecclesie
ei qui hanc bene regere prevalet
imponatur. Cui nolenti in faciem
mulier conspuit, quia quisquis ex
muneribus que percepit prodesse aliis
non curat, bona quoque eius sancta
ecclesia exprobrans ei quasi in fa-
ciem salivam iactat. ~~[illegible]~~ Cui ex uno
pede calciamentum tollitur ut discal-
ceati domus vocetur. Scriptum est quippe:
calceati pedes in preparatione evan-
gelii pacis. Sed si ut nostram sic curam
proximi gerimus, utrumque pedem per
calciamentum munimus. Qui vero suam
cogitans utilitatem proximorum ne-
gligit, quasi unius pedis calciamentum
cum dedecore amittit. Sunt itaque
nonnulli qui magnis virtutum
ut diximus muneribus ditati dum
solius contemplationis studiis in-
ardescunt, parere utilitati proximorum

in predicatione refugiunt, secretum
quietis diligunt, secessum speculationis
petunt. De quo si districte
iudicentur, ex tantis procul dubio rei
sunt quantis venientes ad publi-
cum prodesse potuerunt. Qua enim
mente is qui proximis proficiendo
clarescere valeret utilitati ceterorum
secretum preponit suum, cum ipse summi
patris unigenitus ut multis prodesset
de sinu patris egressus est ad publi-
cum nostrum. ~~De his qui pondus~~
~~regiminis per humilitatem fugiunt~~

Et sunt nonnulli qui eo-
ipso solo humilitatis refugiunt ne
eis quibus se imparares existimant
preferantur. Quorum profecto humilitas
si ceteris quoque virtutibus cingitur,
tunc ante oculos dei vera est, cum
ad respuendum hoc quod utiliter subire
percipitur pertinax non est. Neque enim
vere humilis est qui superni nutus
arbitrium ut debeat preesse intelli-
git et tamen preesse contempnit. Sed
divinis dispositionibus subditus atque
a vitio obstinationis alienus cum
sibi regiminis culmen imperatur, si
iam donis preventus est quibus
et aliis prosit, ex corde debet fugere
et invitus obedire. ~~Quod nonnulli~~
~~predicationis officium laudabiliter appetunt~~ et

[Qu]amvis non inviti predicationis
officium et non nulli laudabiliter
appetunt et ad hoc non nulli lau-
dabiliter coacti pertrahuntur. Quod liqui-
de cognoscimus si duorum prophetarum
actum sedulo pensamus, quorum unus
ut ad predicandum mitti debuisset
sponte se protulit, quo tamen alter
alter pergere cum pavore renititur

ysayas quippe domino querenti quem mit-
teret ultro se obtulit dicens ecce
ego mitte me. Jeremias autem mit-
titur et tamen ne mitti debeat humi-
liter reluctatur dicens a a a domine
deus ecce nescio loqui quia
puer ego sum. Ecce ab utrisque
exterius diversa vox prodiit sed
non a diverso fonte dilectionis ema-
navit. Duo quippe sunt precepta
caritatis dei videlicet amor et proxi-
mi. Per activam igitur vitam prodesse proxi-
mis cupiens ysayas officium predicationis
appetiit. Per contemplativam vero
jeremias amori conditoris sedu-
le inherere desiderans ne mitti ad pre-
dicandum debeat contradicit. Quod ergo
laudabiliter appetiit hoc — laudabiliter alter expavit. Iste ne ta-
cite contemplationis lucra loquendo
perderet ille ne dampna studiosi operis
tacendo sentiret. Sed hoc in utrisque
subtiliter est intuendum quia et is qui
recusavit plene non restitit et is
qui mitti voluit ante se per altaris
calculum purgatum vidit ne aut
non purgatus adire quisquam sacra ministe-
ria audeat aut quem superna gratia
elegerit sub humilitatis specie superbe con-
tradicat. Quia ergo valde difficile
est purgatum se quemlibet posse cog-
noscere predicationis officium tucius de-
clinatur nec tamen declinari ut diximus
pertinaciter debet cum ad suscipien-
dum hoc superna voluntas cogno-
scitur. Quod moyses utrumque miro
opere explevit qui preesse tante multi-
tudini et noluit et obedivit. Super-
bus enim fortasse esset si ducatum
plebis innumere sine trepidatione
susciperet et rursum superbus existe-
ret si auctoris imperio obedire recu-
saret. Utrobique subiectus et pre-
esse populis semetipsum metiendo
noluit et tamen de imperantis viribus
presumendo consensit. Hinc ergo quique
precipites colligant quanta cul-
pa non appetitu proprio ceteris preferri co-
nituntur si sancti viri plebium duca-
tum suscipere deo et iubente timu-
erunt. Moyses suadente domino tre-
pidat et infirmus quisque ut honoris
onus percipiat anhelat. Et qui
ad casum valde urgetur propriis
humeris libenter oppressionis ponderibus
subiungit alienis. Ecce quod ergo
ferre non valet et tamen quod portet

De hiis qui preesse ~~concupiscunt et~~

Plerumque hii qui preesse concupi-
scunt ad usum sue libidinis
instrumentum apostolici sermonis arripiunt
quo ait si quis episcopatum desi-
derat bonum opus desiderat. Qui tamen laudans de-
siderium in pavorem vertit protinus
quod laudavit cum repente subiungit
oportet autem episcopum irreprehensibilem
esse. Cumque necessaria sub-
sequenter enumerat que sit irrepre-
hensibilitas ipsa manifestat. Et fa-
vet ergo ex desiderio et terret ex precepto
ac si aperte dicat laudo quod queritis
sed prius discite quod queratis ne
dum vos metipsos metiri non
negligitis tanto fedior vestra ir-
reprehensibilitas appareat quanto
et a cunctis conspici in honoris
culmine arce festinat magnus enim
enim regendi artifex favoribus
impellit terroribus retrahit ut au-
ditores suos et describere summe
virtutis culmine restringat a superbia.

et aliorum laudandus quod quilibet tunc preerat ad vicium excusans nondum quod in tempore dicitur quo quisquis plebibus preerat primus ad martirii tormenta ducebatur. Tunc ergo laudabile fuit episcopatum querere quando per hunc quemque dubium non erat ad supplicia graviora pervenire. Unde ipsum quoque episcopatus officium boni operis expressione diffinitur cum dicitur: Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est quia episcopatum non appetit qui non per hoc boni operis ministerium sed honoris gloriam querit. Sacrum quippe officium non solum non diligit omnino sed nescit qui ad culmen regiminis anhelans in occulta cogitationis meditatione ceterorum subiectione pascitur, laude propria letatur, ad honorem cor elevat, rerum affluentium habundancia exultat. Mundi ergo lucrum querit sub eius honoris specie quo mundi destrui lucra debuerunt. Cumque mens humilitatis culmen arripere ad elationem cogitat, quod foris appetit intus immutat.

10 Sed plerosque hii qui subire magisterium pastorale cupiunt nonnulla quoque bona opera animo proponunt et quamvis hoc elationis intentione appetant operaturos tamen se magna pertractant, fitque ut aliud in imis intentio supprimat, aliud tractantibus animi cogitatio ostendat. Nam quippe sepe sibi mens ipsa mentitur et fingit de se bona opera amare quod non amat et de mundi gloria non amare quod amat. Que principari appetens fit ad hanc pavida cum querit, audax cum pervenerit. Tendens enim ne non perveniat trepidat, sed repente perveniens iure sibi hoc debitum ad quod pervenit putat. Cumque percepti principatus officio perfrui secularier ceperit, libenter obliviscitur quicquid religiose cogitavit. Unde necesse est ut cum cogitatio extra usum ducitur, protinus mentis oculus ad opera transacta revocetur ac pensetur quisque quid subiectus egerit et repente cognoscit si prelatus bona agere que proposuerat possit, quia nequaquam valet in culmine humilitatem discere qui in imis positus non desiit superbire. Decet laudem cum suppetit fugere qui ad hanc didicit cum deest anhelare. Nequaquam vincere avariciam potest quando ad multorum sustentationem tenditur is cui sufficere propria nec soli potuerunt. Ex vita igitur ante acta se quisque inveniat ne in appetitu culminis ymago cogitationis illudat. Quamvis plerosque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis usus perdit qui in tranquillitate tenebatur, quia quieto mari recte navim et imperitus dirigit, turbato autem tempestatis fluctibus et peritus nauta confunditur. Quid namque est potestas culminis nisi tempestas mentis in qua cogitationum semper procellis navis cordis quatitur, huc illucque incessanter impellitur ut per repentinos excessus oris et operis quasi per obviancia

saxa frangitur. Inter hec itaque hec quid sequendum et quid tenendum nisi ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vero vacuus nec coactus accedat. Ille si omnino renititur caveat ne acceptam pecuniam in sudario ligans de eius occultatione iudicetur. Pecuniam quippe in sudario ligare est percepta dona sub otio lenti torporis abscondere. At contra iste cum regimen appetit attendat ne per exemplum pravi operis phariseorum more ad ingressum regni tendentibus obstaculum fiat, et cum iuxta magistri vocem nec ipsi intrant nec alios intrare permittunt. Et cum considerandum quoque est quia cum causam populi electus presul suscipit quasi ad egrum medicus accedit. Si ergo adhuc eius in opere passiones vivunt qua presumptione percussum mederi properat qui in facie vulnus portat.

Qualis quisque ad regimen venire debeat

Ille igitur medis omnibus debet ad exemplum vivendi pertrahi qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritualiter vivit, et cum prospera mundi postposuit, qui nulla adversa pertimescit, et cum sola interna desiderat, cuius intentioni bene congruens nec omnino per imbecillitatem corpus nec valde per contumeliam repugnat spiritus, qui ad aliena cupienda non ducitur sed propria largitur, et cum per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur sed nunquam plus quam deceat ignoscens ab arce rectitudinis inclinatur, et cum nulla illicita perpetrat sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat, et cum ex affectu cordis aliene infirmitati compatitur sicque in bonis proximi sicut in suis provectibus letatur, et cum ita se imitabilem ceteris in cunctis que insinuat ut inter eos non habeat quod saltem de transactis erubescat, et cum sic studet vivere ut proximorum quoque corda arentia doctrine valeat fluentis irrigare, et cum orationis usu et experimento didicit quod obtinere que poposcerit possit, et cum per effectum vocis iam quasi specialiter dicitur: Adhuc loquente te dicam ecce adsum. Ysaie lviii. Si enim fortasse quis veniat ut pro se ad intercedendum nos apud potentem quempiam virum qui sibi iratus, nobis vero est incognitus, ducat, protinus respondemus: ad intercedendum venire non possumus quia familiaritatis eius notitiam non habemus. Si ergo homo apud hominem de quo minus presumit fieri intercessor erubescit, qua mente apud Deum intercessionis locum pro populo arripit qui familiarem se eius gratie per vite meritum nescit, aut ab eo quomodo aliis veniam postulat qui utrum sibi sit placatus ignorat. Et cum in re est aliud ad hoc sollicitius formidandum ne qui placare posse iram creditur hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Et cum adhuc terrenis desideriis astringitur caveat ne districti iudicis iram gravius accendens dum loco delectatur glorie fiat subditis auctor ruine. Solerter ergo se quisque metiatur ne locum regiminis assumere audeat si adhuc in se vitium damnabiliter regnat, ne is quem crimen depravat proprium intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

Qualis quisque ad regimen venire [non debeat]

Inde enim superna voce ad Moysen dicitur Levitici 21: Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam non

offerret panes dei sui nec accedat
ad ministerium eius. Et statim quos repellat subiun-
git. Si cecus si claudus fuerit si
vel paruo vel grandi et torto naso
si fracto pede et manu si gibbus
si lippus si albuginem habens in oculo
si iugem scabiem scabiem si impetiginem
habens in corpore et si ponderosus. Ce-
cus quippe est qui superne contem-
plationis lumen ignorat qui presentis
vite pressus dum venturam lucem
nequaquam diligendo conspicit quo
gressum operis porrigat nescit.
Hinc etenim prophetante anna dicitur
pedes sanctorum suorum seruabit et im-
pii in tenebris conticescent. Cla-
udus vero est qui quidem quo pergere
debeat aspicit sed per infirmitatem men-
tis vite viam perfecte non valeat tenere quam
uidet. Quia ad virtutis statum dum
fluxa consuetudo non erigit quo de-
siderium innititur illuc gressus operis
efficaciter non sequuntur. Hinc etenim paulus
dicit. Remissas manus et dis-
soluta genua erigite et gressus
rectos facite pedibus vestris ut ne
claudicans quis erret magis autem
sanetur. Paruo autem naso est qui ad
tenendam mensuram discretionis
ydoneus non est. Naso quippe odo-
res fetoresque discernimus. Recte
ergo per nasum discretio exprimitur per quam
virtutes eligimus delicta reprobamus.
Unde in laude sponse dicitur. Nasus
tuus sicut turris que est
in libano. Quia nimirum sancta ecclesia
que ex causis singulis tempta-
menta veniant per discretionem conspicit
et ventura bella viciorum ex alto.

deprehendit. Sed sunt non nulli qui
dum estimari hebetes nolunt se-
pe se in quibusdam inquisitionibus
plus quam necesse est exercentes ex nimia
subtilitate falluntur. Unde hic quoque
subditur vel grandi vel torto naso.
Nasus enim grandis et tortus di-
scretionis subtilitas est immode-
rata que dum plus quam decet excre-
uerit actionis sue rectitudinem
ipsa confundit. Fracto autem pede
vel manu est qui viam dei pergere
omnino non valet atque a bonis
actibus funditus exsors vacat
quatenus hec non ut claudus saltem
cum infirmitate teneat sed ab hiis om-
nimodo alienus existat. Gibbus
vero est quem terrene sollicitudinis
pondus deprimit ne unquam ad super-
na respiciat sed solis hiis que in
infimis calcantur intendit et cum
et si aliquid de bono celestis
patrie audierit ad hoc nimirum per-
verse consuetudinis pondere pregra-
vatus cordis faciem non attollit
quia cogitationis statum erigere
non valet quem terrene usus sol-
licitudinis curuum tenet. Ex horum quippe specie ps-
almista dicit. Incuruatus sum et humiliatus sum usque-
quaque. Quorum culpam quoque per se-
metipsam veritas reprobans ait. Luce
8. Semen autem quod in spinis cecidit
hii sunt qui audierunt et a sollicitu-
dinibus et diuiciis et voluptatibus
vite euntes suffocantur et non
referunt fructum. Lippus vero est cuius
quidem ingenium ad cognitionem
veritatis emicat sed hoc tamen carnalia opera
obscurant. In lippis quippe oculis
pupille sane sunt sed humore de-
fluente infirmate palpebre gro-
ssescunt

Gybbus

lyppus

[illegible] crebro attrita a-
cies pupille sane viciatur et sunt non-
nulli quorum sensum carnalis vite
opera sauciant qui videre recta subtili-
ter per ingenium poterant sed usu prave
actionis caligant. Lippus itaque est
cuius sensum natura exacuit sed con-
versationis pravitas confundit. Cui bene
per angelum dicitur Apoc. 3 Collirio
inunge oculos tuos ut videas.
Collirio quippe ut videamus ocu-
los inungimus cum ad cognoscendam
veri luminis claritatem intellectus no-
stri aciem medicamine bone operationis
adiuvamus. Albuginem vero habet in   *Albuginem*
oculo qui veritatis lucem videre non
sinitur quia arrogancia sapiencie seu
iusticie cecatur. Pupillam namque oc-
uli magna videns albedine co-
lorata non videt quia videlicet sensus huma-
ne cogitacionis si stultum se pec-
catoremque intelligit cognicio-
nem intime claritatis apprehendit. Si vero
candorem sibi iusticie seu sapiencie tri-
buit a luce se superne cognicionis
excludit et eo claritatem veri   *3°*
luminis nequaquam penetrat quo se
apud se per arroganciam exaltat sicut
de quibusdam dicitur ad Ro. 1 dicentes
enim se esse sapientes et stulti facti
sunt. Iugem vero habet scabiem cu-   *Iugem vero sca-biem habet*
ius petulancia sine cessacione dominatur.
In scabie etenim fervor viscerum ad cutem
trahitur per quam recte luxuria designatur
quia si cordis temptacio usque ad
operacionem prosilit nimirum fervor intim-
us usque ad cutis scabiem prorumpit
et foras iam corpus sauciat quia
dum in cogitacione voluptas non
reprimitur etiam in actione dominatur. Quasi enim
cutis pruriginem Paulus curabat

abstergere cum dicebat Temptacio vos
non apprehendat nisi humana 1
Cor. 10. Ac si aperte diceret Humanum
quidem est in corde temptacionem
perpeti demoniacum vero est temptacionis
certamine in operacione superari. Impeti-   *Im- ng*
ginem quoque habet in corpore
quisquis avaricia vastatur in men-
te que si in parvis non compescitur
nimirum sine mensura dilatatur. Impe-
tigo quidem quippe sine dolore
corpus occupat et absque occupati
tedio excrescens membrorum decorem
fedat quia et avaricia capti ani-
mum dum quasi delectat exulcerat dum adipiscen-
dum quecumque cogitacioni obicit
ad inimicicias accendit et dolorem
in vulnere non facit quia estuanti
animo ex culpa habundanciam promit-
tit. Sed decor membrorum perditur quia
aliarum quoque virtutum per hanc pulchri-
tudo depravatur et quasi totum corpus
exasperat quia per universa vicia animum
supplantat Paulo attestante
qui ait ad Tim. 6 Radix enim
malorum est cupiditas. Ponderosus   *Pa-*
vero est qui turpitudinem non exercet ope-
re sed tamen ab hac cogitacione continua
sine moderamine gravatur in mente
qui nequaquam quidem ad opus ne-
pharium rapitur sed eius animus vo-
luptate luxurie sine ullo repu-
gnacionis stimulo delectatur. Vicium quippe
est ponderis cum humor viscerum ad
virilia labitur que profecto cum mole-
stia dedecoris intumescunt. Ponderosus
ergo est qui totis cogitacionibus
ad lasciviam defluens pondus
turpitudinis gestat in corde et
quamvis prava non exerceat ope-
re ab his tamen non evellitur mente

nec ad bellum bonum operis in apto habet assurgere quia gravat eum in ab ditis pondus tempore cuius quis ergo quolibet vel cuilibet horum vicio subditur per ancus deo afferre prohibetur ne peccato diluere aliena delicta non valeat is quem adhuc propria devastante crimina ergo paucis ostendimus ad pastorale magisterium dignus qualiter veniat atque indignus qualiter hoc pertimescat nunc dignus autem is qui ad hoc digne pervenerit in eo qualiter vivere debeat demonstremus // Capitulum quale se quis debeat

Tantum debet actionem populi actio transcendere praesulis quantum distare solet a grege vita pastoris / Oportet namque ut aestimari se sollicite studeat quanta tenendi rectitudinem necessitate constringitur sub cuius aestimatione populus grex vocatur. Sit ergo ut necesse est cogitatione mundus actione praecipuus / discretus in silentio utilis in verbo / singulis compassione proximus prae cunctis contemplatione suspensus / bene agentibus per humilitatem socius contra delinquentium vicia per zelum iustitiae erectus / interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens / exteriorum providentiam in interiorum sollicitudine non relinquens. Sed haec quae breviter enumerando perstringimus paulo latius replicando discutiamus

Capitulum quod rector sit cogitatione mundus

Rector ergo cogitatione sit mundus quatenus nulla eum inmunditia polluat qui hoc suscepit officium ut alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat. Necesse est enim ut esse munda studeat manus quae diluere sordes curat ne tacta quaeque deterius inquinet

si sordida insequens lutum tenet. Hinc namque per prophetam dicitur ysa. 52. Mundamini qui fertis vasa domini. Vasa domini quippe ferunt qui proximorum animas ad aeterna sacraria perducendas in fide conversationis suae suscipiunt. Apud semetipsos ergo quanto debeant mundari conspiciant qui ad templum aeternitatis vasa viventia in sinu propriae responsionis portant / Eze. 28. / Hinc divina voce praecipitur ut in Aaron pectore rationale iudicii vittis ligantibus imprimatur quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxae possideant sed ratio sola constringat nec indiscretum quid vel inutile cogitet qui ad exemplum aliis constitutus ex gravitate vitae semper debet ostendere quantam in pectore rationem portet. In quo etiam rationali vigilanter adiungitur ut duodecim patriarcharum nomina describantur. Adscriptos etenim patres in pectore ferre est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur cum exempla patrum praecedentium indesinenter intuetur cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat et cogitationes illicitas deprimit ne extra ordinis limitem operis pedem tendat. Quod bene et rationale iudicii vocatur quia debet rector semper subtili examine bona vel mala discernere et quae vel quibus quando vel qualiter congruant studiose cogitare nichilque proprium quaerere sed propinquorum bona sua commoda deputare. Unde illic scriptum est Exo. 28. Pones autem in rationali iudicii doctrinam

ysa 52 · p note

veritatem que erit in pectore aaron
quando ingredietur coram domino et ges-
tabit iudicium filiorum israel in pec-
tore suo in conspectu domini semper. Sacerdotis
quippe iudicium filiorum israel in pec-
tore coram deo in conspectu gesta-
re est subiectorum causas pro sola interni
iudicis intentione discutere ut
nil se ei humanitus admisceat in hiis
que divina vice dispensat
ne correctionis studia privatus
dolor dolor exasperet. Cum contra
aliena vitia emulator ostenditur que
sua sunt exsequatur ne tranquilli-
tatem iudicii aut latens invidia
maculet aut preceps ira perturbet.
Sed dum consideratur terror eius qui
super omnia presidet videlicet interni
iudicis non sine magno regantur
timore subiecti. Qui nimirum ti-
mor dum mentem rectoris humiliat
purgat ne hunc aut presumptio spi-
ritus elevet aut carnis delectatio
inquinet aut pravitatis actuum
cupidine importunitas pulveris
cogitationis obscuret. Que tamen
non pulsare rectoris animum nequeunt
sed festinandum necesse est ut repu-
gnatione vincatur ne vitium quod
per suggestionem temptat mollitie
delectationis subigat cumque
hoc ab animo tarde repellitur mucro-
ne consensus occidat. Et quod rector
sit semper operatione precipuus

Ut rector operatione precipuus

17 ut vite viam subditis bene
vivendo denuntiet et grex qui pastoris
vocem moresque sequitur per exempla
melius quam per verba gradiatur. Qui
enim loci necessitate compellitur summa
monstrare. Illa namque vox liben-
tius auditorum cor penetrat

quam dicentis vita commendat quia
quod loquendo imperat ostendendo ad-
iuvat ut fiat. Hinc enim per prophetam
dicitur Ysa. 40. Super montem excelsum ascende ysa.
tu qui evangelizas Syon ut videlicet
qui celesti predicatione utitur yma iam
terrenorum operum deserens in rerum
culmine stare videatur tanto quod
facilius subditos ad meliora per-
trahat quanto per vite meritum de super-
ioribus clamat. Hinc divina lege
armum sacerdos in sacrificio dextrum
accipit et separatum ut non solum sit
eius operatio utilis sed et singularis
nec inter malos tantum que recta
sunt faciat sed bene quoque operantes
subditos sicut honore ordinis
superat ita et morum virtute transcen-
dat. Cui in esu quoque pectusculum
cum armo tribuitur ut quod de sacrificio
precipitur sumere de semetipso auc-
tori discat immolare. Et non
solum pectore que recta cogitet
sed spectatores suos ad sublimia
armi
armo operis invitet nulla pre-
sentis vite prospera appetat nulla
adversa pertimescat blandimenta
mundi respiciens timore despiciat
terrores autem considerato interne dul-
cedinis blandimento contempnat.
Unde superni quoque imperio vocis in utroque
humero sacerdos velamine Exo. 28 29
superhumeralis astringitur ut contra
adversa et prospera virtutum semper
ornamento muniatur quatenus iuxta
vocem Pauli per arma iustitie
a dextris et sinistris cum ad sola que anteriora sunt niti-
tur in nullo delectationis infime latere flec-
tatur. Non hunc prospera elevent non

ad ista pertrahebant, non blanda usque
ad voluptatem demulceant, non aspera
ad desperationem premant, ut de nullis
passionibus intentionem mentis flectant.
et quanta in utroque homine super
spiritualis pulchritudinis tegmine candeat.
Eze. 28. et nunc et super spirituale
[illegible] et iacinctino purpura bis
tincto cocco et torta fieri bysso pre-
cipitur ut quanta sanctis doctoribus claritate con-
tinuata diversitate decet demonstretur. In
sanctis doctoribus quippe spiritualis virtus ante omnia
[illegible] fulget ut in eo intellectus sa-
pientie plus emicat. Nam iacinctus quidem
aereo colore resplendet adiungitur ut
per eum quod intelligendo penetrat
non ad timores infimos sed ad
amorem celestium surgat ne dum
ad supernam intendit in cantus laudi-
bus recipitur ipse et virtutis intus ha-
beretur auro quoque atque iacincto primum
purpura ut videlicet sanctis doctoris cor
[illegible] summa que predicat spiritu in se
[illegible] et suggestiones [illegible] re-
spuat [illegible] velud [illegible]
te contendat quibus nobilitas spiritualis tamen
regenerationis aspirat celestis regis
sibi [illegible] moribus defendit de hac
quippe nobilitate spiritualis [illegible] dicitur
i. petri. et vos autem estis genus
electum regale sacerdotium de hac et pau-
lus [illegible] qua subiunxit Iohannes
voce [illegible] qui ait Jo. 1. c.
quod aut receperunt eum dedit eis potestatem
dignitate [illegible] [illegible] considerans d.
ps. 100 et 38 michi autem nimis ho-
norati sunt amici tui deus [illegible] 9. c.
[illegible] nimium confortatus
[illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]

asperitate abiecta tenuitur. Virus autem
iacincto purpura bis tinctus
coccus adiungitur ut eum intus in-
ducat oculos. anima [illegible] vo-
calitate decorem. ei omnia
que certum hominibus [illegible].
Hec in conspectu occulti arbitri
flamma intimi amoris atte-
ditur et nunc bis tinctus qua deum
simul ac proximum diligit. quoniam dupli-
plici caritatis fulgescens et nunc igitur
fit ad auctorem spem anhelat
ut proximorum curam concupiscit ut
ad summo amore torpescit qua
[illegible] horum quibus negligit in super
spiritualibus [illegible] hec cottinum
bis tinctum restat bis tinctus
ad prospera [illegible] tendit restat
procul dubio ut post [illegible] caro-
ne [illegible] vide et bis tincto cocco
torta byssus adiungitur. De terra
et enim byssus in tanta spe orit
et quod per byssum nisi candens
decor mundicie corporalis castitatis
designatur que bis torta pulchritu-
dinis super spiritualis in uncti quibus
tunc castitatis ad perfectum mundicie
candorem ducitur. cum per abstinentiam
caro fatigatur. Cum igitur virtutes
cetera et afflicte carnis inimicum
proficit quod in diverso super spiritualis
ipse byssus torta candescit
et nunc vero sanctis districtus

Ut vero districtus in silencio
velis [illegible] nec aut tacen-
do proficiat aut proferendo recte
fiat [illegible] sicut in cautela locu-
to in errorem [illegible] districtum si-
lencium [illegible] qui erudiri poterant

[margin: fulgescit / amoris]

[margin: districtus vero / 16.]

in errore derelinquunt. Saepe rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes loqui libere recta pertimescunt et iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiae pastorum studio sed mercenariorum vice deserviunt. Jo. 10. Quia veniente lupo fugiunt dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat dicens Isaie 56. Canes muti non valentes ~~latrare~~ latrare. Hinc rursum queritur dicens Eze. 13. Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel ut staretis in praelio in die Domini. Ex adverso quippe ascendere pro defensione gregis libera voce huius mundi potestatibus contraire, et in die Domini in praelio stare est pravis decertantibus ex iustitiae amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere quid aliud est quam tacendo terga praebuisse? Qui nimirum si pro grege se obicit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursum populo delinquenti dicitur Treni 2. Prophetae tui viderunt tibi falsa et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad paenitentiam provocarent. Prophetae quippe nonnumquam in sacro eloquio doctores vocantur qui dum fugitiva praesentia esse indicant quae sunt ventura manifestant. Quos divinus sermo falsa videre redarguit quia dum corripere culpas metuunt incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur. Qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt quia ab increpationis voce conticescunt. Clavis quippe apertionis est sermo correptionis quia increpando culpam detegit quam saepe nescit et ipse qui perpetravit. Hinc Paulus ait ad Titum 1. Ut potens sit in doctrina sana et eos qui contradicunt redarguere. Hinc per Malachiam dicitur Mala. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius quia angelus Domini exercituum est. Hinc per Ysaiam Dominus admonet dicens Ysaie 58. ~~Clama~~ Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Praeconis quippe officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit ut ante adventum iudicis qui terribiliter sequitur ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si praedicationis est nescius quam clamoris vocem daturus est praeco mutus? Hinc est enim quod super pastores primos in linguarum specie Spiritus sanctus insedit, quia nimirum quos repleverit de se protinus loquentes facit. Exo. 28. Hinc Moysi praecipitur ut tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur ut videlicet voces praedicationis habeat ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Ut audiatur sonitus quando ingreditur et egreditur sanctuarium in conspectu Dei et non moriatur. Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se occulti iudicis exigit si sine praedicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere? Propheta attestante qui ait Ps. 131. Sacerdotes tui induantur iustitiam. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhaerent ut vitae viam cum linguae sonitu ipsa quoque opera sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum praeparat sub quanto cautelae studio loquatur attendat ne si inordinate rapitur ad loquendum

erroris vulnere audientium corda feriant
Et cum fortasse sapientes videri desi-
derat unitatis compagem insipienter ab-
scidat. Hinc namque veritas dicit Math.
9o habete salem in vobis et pacem
habete inter vos. per salem quippe verbi sa-
pientie designatur. Qui ergo loqui
sapienter nititur magnopere metuat
ne eloquio audientium unitas con-
fundatur. Hinc paulus ait ad Ro. 12
Non plus sapere quam oportet sed sapere
ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis ve-
ste iuxta divinam vocem tintinnabu-
lis mala punica coniunguntur ubi fidei
unitas designatur. Nam sicut in ma-
lo punico uno exterius cortice mul-
ta interius grana muniuntur sic in-
numeros sancte ecclesie populos unitas fi-
dei contegit quos intus diversitas
meritorum tenet. Ne igitur rector incau-
tus ad loquendum prosiliat hoc quod
iam premisimus per semetipsam
discipulis veritas clamat habete sal
in vobis et pacem habete inter vos / ac si
figurate per habitum sacerdotis dicat ma-
la punica tintinnabulis iungite ut per omne
quod dicitis cautela fidei tenta ob-
servatione teneatis / Providendum
quoque solicita intentione rectoribus
est ut ab eis non solum prava nullo modo sed
nec recta quidem nimie et inordinate
proferantur quia sepe dictorum
virtus perditur cum apud corda au-
dientium loquacitatis incauta im-
portunitate levigatur. Et auctorem suum
hec eadem loquacitas inquinat que de-
servire auditoribus ad usum profectus ig-
norat. Unde per moysen dicitur Levi. 15.
vir qui fluxum seminis patitur im-
mundus erit. In mente quippe audientium

semen sequentis cogitationis est audi-
te qualitas locutionis. quia dum
per aurem sermo concipitur cogitatio in
mente generatur. Unde et ab huius mundi
sapientibus predicator egregius seminiverbius
est vocatus. Actuum 17. Qui ergo fluxum
seminis sustinet immundus asse-
ritur quia multiloquio subditus
eo se inquinat quod si ordinate
proferret prolem recte cogitationis edere
in audientium cordibus potuisset dumque
incaute per loquacitatem defluit non
ad usum generis sed ad immunditiam — generis
semen fundit. Unde paulus quoque
discipulum de instantia predicationis
admonens dicit. 2. ad Tim. 4. Testifi-
cor coram deo et xpo ihu et adventum
et regnum predica verbum insta oportune
importune q. s. apud audientis mentem ipsa
sua vilitate se destruit si habere
importunitas oportunitatem nescit.
Quod rector sit singulis compassione proximus

Sit rector singulis compassione
proximus pre cunctis contemplatione
suspensus ut et per pietatis viscera
in se infirmitatem ceterorum transferat — ceterorum
et per speculationis altitudinem semet-
ipsum quoque invisibilia appetendo transcendat — appetendo
ne aut alta petens proximorum
infirma despiciat aut infirmis proximorum
congruens appetere alta derelinquat.
Coro. 22. Hinc est namque quod pau- — 12
lus ad paradisum ducitur celi quoque tertii
secreta rimatur et tamen illa invisibi-
lium contemplatione suspensus ad
cubile carnalium mentis aciem
revocat atque ab occultis que
qualiter debeant conversari dispensat
dicens ad Coro. 7. propter fornicationes autem
unusquisque suam uxorem habeat

ad tercium celum ductus debitum videat et exposi-
cionis et paulo post recolite fran-
dere in ... nisi condescensu ad
tempus ut vocatus orationum
acumen adipisci. Ecce iam celesti-
bus secretis inseritur et tamen per conde-
scensionis viscera carnalium cubile
perscrutatur. Et qui sublevatus ad
invisibilia tendit hinc miseratus
ad secreta infirmantium oculos cordis
flectit. Celum contemplatione trans-
cendit nec tamen stratum carnalium
sollicitudinis deserit quia compage karitatis
summis simul et infimis iunctus et
in semetipso virtute spiritus ad alta
valenter rapitur et pietate in aliis
equanimiter infirmatur. Hinc dicit 2 Corinthiorum
.ii. Quis infirmatur et ego non infirmor
quis scandalizatur et ego non
uror. Hinc rursus ait: Factus sum
iudeis tamquam iudeus. Quod
videlicet exhibebat non amittendo
fidem sed extendendo pietatem
ut in se personam infidelium transfigurans
ex semetipso disceret qualiter aliis
misereri debuisset ut hoc illis
impenderet quod sibi ipsi si ita esset
impendi recte voluisset. Iterum
dicit: Sive mente excedimus deo
sive sobrii sumus vobis. 2 Corinthiorum
5. Quia et semetipsum noverat con-
templando transcendere et eumdem
se auditoribus condescendendo temperare. Genesis
28. Iacob desuper domino innitente et
uncto deorsum lapide ascenden-
tes et descendentes angelos vidit
quia scilicet predicatores recti non
solum sursum sanctum caput ecclesie
videlicet dominum contemplando appetunt
sed deorsum quoque ad membra illius

miserando descendunt. Hinc eciam
moyses crebro tabernaculum intrat
et exit. Et qui intus in contempla-
cione rapitur foris infirmantium
negociis urgetur. Intus dei archa-
na considerat foris onera car-
nalium portat. Qui de rebus quoque
dubiis semper ad tabernaculum recurrit
coram testamenti archa dominum consulit
exemplum procul dubio rectoribus
prebens ut cum foris ambigunt quid
disponant ad mentem semper quasi ad ta-
bernaculum redeant. Et velud co-
ram testamenti archa dominum consulant si-
de hiis de quibus dubitant apud
semetipsos intus sacri eloquii
paginas requirant. Mathei et luce
6. Hinc veritas per susceptionem
nostre humanitatis nobis manifestata in monte
orationi inheret miracula in urbi-
bus exercet imitationis videlicet viam
bonis rectoribus sternens ut et si iam
summa contemplando appetunt ne-
cessitatibus tamen infirmantium compa-
tiendo misceantur. Quia tunc ad
alta caritas mirabiliter ascendit
cum ad yma proximorum se misericor-
diter attrahit. Et quo benigne
descendit ad infima eo valenter
recurrit ad summa. Tales se se
qui presunt exhibeant quibus
subiecti occulta quoque sua
prodere non erubescant ut cum
temptacionum fluctus parvuli tol-
lerant ad pastoris mentem quasi ad
matris sinum recurrant. Et cum
se inquinari pulsantibus cordis sor-
dibus prevident cohortationis eius
solacio lacrimis orationum lavent

Unde et ante fores templi ad ablu-
endas ingredientium manus mare
eneum id est luterem xii boves portant
quorum quidem facie exterius eminet
sed posteriora latent. Et quid per xii
bobus nisi universus pastorum
ordo designatur de quibus per Paulum scriptum
lex dicit Deut. 25 Non obturabis
os bovi trituranti. Quorum quidem
nos aperta opera cernimus sed apud distric-
tum iudicem que illis posterius mane-
ant in occulta retributione nescimus
qui tamen cum dispensationis sue patientiam
diluendis proximorum confessionibus impen-
dunt velud ante fores templi lu-
terem portant ut quisquis eternitatis
ianuam intrare nititur temptationes
suas menti pastoris indicet et quasi in bo-
um lutere cogitationis vel operis
manus lavet. Et fit plerumque dum
rectoris animus aliena temptamenta
condescendendo cognoscit auditis temp-
tationibus et ipse pulsetur quia et hec eadem
per quam populi multitudo diluitur aqua
procul dubio luteris inquinatur. Nam
dum sordes diluentium suscipit quasi
sue munditie serenitatem perdit. Sed hec
nequaquam pastori timenda sunt quia
deo subtiliter cuncta pensante tanto
facilius a sua eripitur quanto misericor-
dius ex aliena temptatione fatigatur.

Capitulum vi. Rector sit bene agentibus per humilitatem socius

e Sit rector bene agentibus per humilitatem
socius contra delinquentium vitia
per zelum iustitie erectus ut et bonis
in nullo se preferat et cum pravorum
culpa exigit potestatem prioratus sui
paratus agnoscat quatenus et honore
suppresso equalem se subditis bene
viventibus deputet et erga perversos
iura rectitudinis exercere non formi-
det. Nam sicut in libris moralibus me
meminisse liquet quod omnes homines
natura equales genuit sed variante
meritorum ordine alios aliis culpa post-
ponit. Ipsa autem diversitas que accessit ex
vitio divino iudicio dispensatur ut quia
omnis homo eque stare non valet alter ab
altero regatur. Unde cuncti qui presunt
non in se debent potestatem ordinis sed
equalitatem pensare conditionis. Nec
preesse hominibus gaudeant sed prodesse. An-
tiqui enim patres nostri non reges hominum
sed pastores pecorum fuisse memorantur.
Gen. 9 Et cum Noe deus filiisque eius diceret
Crescite et multiplicamini et replete terram
subiunxit adiungit Et terror vester ac tre-
mor sit super cuncta animalia terre.
Cuius videlicet terroris ac tremoris quia esse
super animalia terre precipitur esse super
homines prohibetur. Homo quippe anima-
libus brutis non autem hominibus ceteris
natura prelatus est. Et ideo ei dicitur ut
ab animalibus et non ab homine timeatur
quia contra naturam superbire est
ab equali velle timeri. Et tamen neces-
se est ut rectores a subditis timeantur quando
ab eis minime deum timeri deprehendunt
ut humana saltem formidine peccare
metuant qui divina iudicia non
formidant. Nequaquam prepositi
ex quesito timore superbiunt in
quo non suam gloriam sed subditorum
iustitiam querunt. In eo enim quod
metum sibi a perverse viventibus
exigunt quasi non hominibus sed animalibus
dominantur quia videlicet ex qua parte besti-
ales sunt sit subditi et cetera. Sed
rector eo ipso quo ceteris preeminet
elatione cogitationis intumescit.
Et dum ad usum cuncta subiacent
dum ad votum velociter iussa com-
plentur dum omnes subditi si qua bene
gesta sunt laudibus efferunt dum
plerumque laudant et que plerumque
reprobare debuerant seductus ab his

Superbire

que in ira supponuntur super se animus
tollitur et dum foris immenso favo-
re circumdatur intus veritate vacuatur
atque oblitus sui in voces se spargit
alienas talemque se credit qualem
foris audit non qualem intus
discernere debuit subiectos despicit
eos qui equales sibi nature sunt
ordine non cognoscit et quos sor-
te potestatis excessit transcendisse se
et vite meritis credit cunctis se
estimat amplius sapere quibus se videt
amplius posse. In quodam quippe
constituit culmine apud semetipsum et
qui equa nature conditione ceteris con-
stringitur ex equo respicere ceteros de-
dignatur. Sicque usque ad eius similitu-
dinem ducitur de quo scriptum est Iob
41 Omne sublime videt et ipse est
rex super universos filios superbie
qui singularem culmen appetens
et singularem angelorum vitam despi-
ciens ait Ysaie 14 Ponam sedem
meam ad aquilonem et ero similis
altissimo. Miro ergo iudicio intus fo-
veam deiectionis invenit dum
foris se in culmine potestatis extol-
lit. Apostate quippe angelo simi-
lis efficitur dum homo hominibus similis
esse dedignatur. Sic Saul post humilitatis
meritum in tumorem superbie culmine
potestatis excrevit. Per humilitatem quippe
prelatus et per superbiam reprobatus
Domino attestante qui ait Nonne
cum esses parvulus in oculis
tuis caput te constitui in tribubus
Israel. Parvulum se in suis ocu-
lis videbat. Ceterorum namque
comparatione se preferens quia plus
cunctis poterat magnum se pre omnibus
estimabat. Miro autem modo cum
apud se parvulus et apud Deum
magnus cum vero apud se magnus

apparuit apud Deum parvulus fuit.
Plerumque ergo dum ex subiectorum affluen-
tia animus inflatur in fluxu superbie
ipso potentie fastigio lenocinante
corrumpitur. Cuius videlicet potentiam bene
regit qui tenere illam noverit et impu-
gnare. Bene hanc regit qui scit per
illam super culpas erigi et cum illa ce-
teris equalitate componi. Humana autem
mens plerumque extollitur etiam cum nulla
potestate fulcitur. Quanto magis in altum
se erigit cum se ei potestas adiungit. Quam
tamen potestatem recte dispensat qui so-
~~[illegible]~~ lerter noverit et sumere de illa
quod adiuvat et expugnare quod temptat
et equalem se cum illa ceteris cernere
et tamen se peccantibus zelo ultionis an-
teferre. Sed hanc discretionem plenius ag-
noscimus si pastoris primi exem-
pla cernamus. Petrus namque au-
ctore Deo sancte ecclesie principatum te-
nens a bene agente Cornelio et se
humiliter prosternente immoderatius ve-
nerari recusavit seque illi similem
recognovit dicens Surge ne feceris
et ego ipse homo sum. Sed cum Ananie
et Saphire culpam reperit mox quan-
ta potentia super ceteros excrevisset
ostendit. Verbo namque eorum vitam per-
culit quam spiritu perscrutante de-
prehendit et summum se intra ecclesiam
contra peccata recoluit quod hono-
rem sibi vehementer impensum coram bene
agentibus fratribus non agnovit. Illic com-
munionem equalitatis meruit sanctitatis actio
hic zelus ultionis ius aperuit
potestatis. Paulus bene agentibus
fratribus prelatum se esse nesciebat cum
diceret Non quia dominamur fidei vestre
sed adiutores sumus gaudii vestri
Statimque adiunxit Fide enim

stultus ait sic ad quod pertulerat aperte
dicens: Ideo non dominamur fidei vestre
quia fide statis; equales enim vobis sumus
in qua vos stare cognoscimus. Quasi
prelatum se fratribus esse nesciebat cum di-
ceret: Facti sumus parvuli in medio vestrum.
Et rursum: Nos autem servos vestros per Ihesum.
Sed cum culpa que corrigi debuisset
invenit, illico magistrum se esse reco-
luit dicens: Quid vultis? in virga veni-
am ad vos? Summus itaque locus bene
regitur cum is qui preest vitiis
potius quam fratribus dominatur. Sed cum
delinquentes subditos servus in corde
suo moram facit dominus meus venire
et ceperit percutere conservos suos, man-
ducet autem et bibat cum ebriis, veniet
dominus servi illius in die qua non sperat
et hora qua ignorat, et dividet eum
partemque eius ponet cum ypocritis. Inter
ypocritas enim iure deputatur qui
sub simulatione discipline ministerium regi-
minis vertit in usum dominationis. Et ta-
men aliquando gravius delinquitur si inter
pravos plus equalitas quam di-
sciplina custoditur. Falsa pie-
tate superatus ferire Heli delinquentes
filios noluit, apud districtum iu-
dicem semetipsum cum filiis crudeli
dampnatione percussit. Huic namque
divina voce dicitur: Honorasti filios
tuos magis quam me. Hinc pa-
stores increpat per prophetam dicens: Quod
fractum est non alligastis et quod ab-
iectum est non reduxistis. Abiectus nam-
que reducitur cum quisque in culpa
lapsus ad statum iustitie ex pasto-
ralis sollicitudinis vigore revocatur.
Fracture vero ligamen astringit cum
culpam disciplina deprimit, ne plaga

usque ad interitum defluat si hanc
districtionis severitas non
coartat. Sed sepe deterius frangitur
cum fractura incaute colligatur, ita
ut gravius scissura sentiatur si
hanc immoderatius ligamina
constringant. Unde necesse est ut cum
peccati vulnus in subditis corrigen-
do restringitur, magna se sollicitudine etiam di-
strictio ipsa moderetur, quatenus sic in
delinquentes iura discipline exerce-
at ut pietatis viscera non amit-
tat. Curandum quippe est ut rectorem
subditis et matrem pietas et
patrem exhibeat disciplina. Atque
inter hec sollicita circumspectione
providendum, ne aut districtio rigida
aut pietas remissa sit. Nam sicut
in libris Moralibus iam diximus, disci-
plina vel misericordia multum destituitur
si una sine altera teneatur. Sed er-
ga subditos suos inesse rectoribus
debet et iuste consulens misericordia et
pie seviens disciplina. Hinc
namque est quod docente veritate per
studium semivivus in stabu-
lum ducitur et vinum atque oleum vul-
neribus eius adhibetur, ut per vinum sci-
licet mordeantur vulnera, per oleum foveantur.
Necesse quippe est ut quisquis sanandis
vulneribus preest in vino mor-
sum doloris adhibeat, in oleo mollitiem
pietatis, quatenus per vinum mundentur
putrida, per oleum sananda foveantur.
Necesse est quippe ut quisquis
sanandis vulneribus preest, miscenda
est lenitas cum severitate, faci-
endum quoddam ex utroque tempe-
ramentum, ut neque multa asperitate
exulcerentur subditi neque nimia beni-
gnitate solvantur. Quod nimirum Pauli

Vinum et
oleum [illegible]
nota bene

docemur. Ubi illa tabernaculi archa signatur in qua cum tabulis virga simul et manna est, quia cum scripturae sacrae scientia in rectoris pectore sit virga districtionis, sit et manna dulcedinis. Hinc David ait: Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur, baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgae quae feriat, sit et consolatio baculi quae sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens; sit rigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non immoderate saeviens; sit pietas, sed non plus quam expediat parcens, ut dum se in arce regiminis iustitia clementiaque permiscent, is qui praeest corda subditorum et terrendo demulceat, et tamen ad terroris reverentiam demulcendo constringat. Septimum. Quod sit rector

Sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in internorum sollicitudine non relinquens, ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, aut solis interioribus occupatus quae foris debet proximis non impendat. Saepe namque nonnulli, velut obliti quod fratribus animarum causa praelati sunt, toto cordis nisu saecularibus curis inserviunt. Has cum adsunt se agere exsultant, ad has et cum desunt diebus ac noctibus cogitationum turbidarum aestibus anhelant. Cumque ab his cessante forsitan occasione quieti sunt, ipsa deterius sua quiete fatigantur. Voluptatem namque censent si actionibus deprimantur, laborem deputant si in terrenis negotiis non laborant. Sicque fit ut dum se urgeri mundanis tumultibus gaudent, interna quae docere alios debuerant ignorant. Unde subiectorum quoque procul dubio vita torpescit, quia cum proficere spiritualiter appetit, in exemplo eius qui sibi praelatus est quasi in obstaculo itineris offendit. Languente enim capite membra incassum vigent. Et in exploratione hostium frustra exercitus velociter sequitur, si ab ipso duce itineris erratur. Nulla subditorum mentes exhortatio sublevat, eorumque culpas nulla increpatio castigat, quia dum per animam spiritualium bonorum terrenum exercetur officium, et gregis custodia vacat cura pastoris. Et subiecti veritatis lumen apprehendere nequeunt, quia dum pastoris sensum terrena studia occupant, vento temptationis impulsus ecclesiae oculos pulvis caecat. Sed contra haec humani generis redemptor, cum nos a ventris voracitate compesceret, dicit: Attendite autem vobis, ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate; illico adiunxit: aut in curis huius vitae. Ibi pavorem quoque protinus intentat adiciens: ne forte superveniat repentina dies illa. Cuius adventus et qualitatem denuntiat: Tamquam laqueus enim veniet super omnes qui sedent super faciem omnis terrae. Hinc iterum dicit, Matth. 6: Nemo potest duobus dominis servire. Hinc religiosorum mentes mundi consortio contestando a negotiis potius conveniendo suspendit, 2 ad Timo. 2: Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat cui se probavit. Hinc ecclesiae rectoribus et vacandi studia praecipit et consulendi

remedia audit dicens 1 Cor. 6. Secu-
laria igitur iudicia si habueritis contemptibiles
qui sunt in ecclesia illos constituite
ad iudicandum ut ipsi videlicet dispen-
sationibus terrenis ministrent quos
dona spiritualia non decorant ac si
aperte dicat cum penetrare in-
tima nequeunt saltem necessaria fo-
ris operentur. Hinc Moyses qui cum
deo loquitur Exodi 18 Iethro alieni-
gene reprehensione iudicatur quod ter-
renis populorum negociis stulto la-
bore deservit cui consilium mox
prebetur ut pro se alios ad iurgia diri-
menda constituat et ipse liberius ad
erudiendos populos spiritualium archa-
na cognosceret. A subditis ergo in-
feriora agenda sunt a rectoribus
summa cogitanda ut scilicet oculus qui
ad providendum gressibus preeminet cu-
ra pulveris non obscuretur. Caput namque
subditorum sunt cuncti qui presunt
et ut recta pedes valeant itinera
carpere hec procul dubio caput
debet ex alto providere ne a processu
sui itineris pedes torpeant cum
rectitudine curvata corporis caput
sese ad terram declinat. Terrena autem
curare animarum presul honorabili
honore pastorali inter ceteros uti-
tur si inter terrena negocia que rep-
rehendere in aliis debuit et ipse
versatur quod videlicet ex ira iuste re-
tributionis per prophetam dominus mina-
tur Ysa. 24 et Osee 4. Et erit sicut
populus sic sacerdos. Sacerdos quippe
est sicut populus quando ea agit is qui
spirituali officio fungitur que illi ni-
mirum faciunt qui adhuc de stu-
diis carnalibus iudicantur. Et cum

magnus sit dolore karitatis Jeremias
propheta compaciens qui sub distructione
templi dei plorat dicens Trenorum 4. Quomodo
obscuratum est aurum et color optimus
dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium
platearum. Quomodo namque aurum quod
metallis ceteris preminet nisi excel-
lencia sanctitatis. Quomodo color op-
timus id est amabilis cunctis vene-
racio religionis exprimitur. Quomodo
sanctuarii lapides nisi sacrorum ordi-
num persone signantur. Quomodo platearum no-
mine nisi presentis vite latitudo
dicitur. Pro isto a latitudine platee
sunt vocate. Promeritur ipsam vox
veritatis dicens Matthei 7. Lata et spaciosa
via que ducit ad perdicionem.
Aurum igitur obscuratur cum terrenis
actibus sanctitatis vita polluitur. Color
optimus commutatur cum quorundam
qui agere religiose credebantur ex-
istimacio ante acta minuitur. Nam
dum quilibet post sanctitatis habitum
terrenis se actibus inmiscet quasi colo-
re permutato ante humanos oculos
eius reverencia despecta pallescit.
Sanctuarii quoque lapides in plate-
as disperguntur cum causarum secularium
foras lata itinera concupiscunt
hii qui ad ornamentum ecclesie internis
misteriis in secretis sanctuarii va-
care debuerant. Ad hoc quippe sanctu-
arii lapides in plateas dispergentur
vacare fiebant in terra sancta sanctorum
in vestimento pontificis nunc sunt
cum ministri sanctuarii lapides
dispersi in plateas iacent cum per
~~[illegible]~~ latam patrum ordinum volup-
tatum sinistram latitudini dedite
terrenis negociis inherent. Et non
dum consiliis dispersos in plateis

plurimi vide

Sed in capite platearum dicitur quia cum
terrena agunt sanctum videri appe-
tunt ut relata intima caveant
ex voluptate delectationis terrenam
in platearum sunt capite ex honore
sanctitatis vel quoque obstat si sanctua-
rii lapides eosdem intus ex quibus
construi studium exigebat attingi
Et modo dispersi in capite platearum
iacent quia sacrorum ordinum viri
terrenis actibus ex desideriis serviunt
ex quorum prius officio sanctitatis gloria
stare videbantur. Secularis itaque ne-
gocia aliquando ex compassione tolleran-
da sunt numquam vero ex amore re-
quirenda ne cum mentem diligen-
tis agravant suo victa pon-
dere ad yma de celestibus mergant ut

in secularia

e contra non nulli gregis quidem curam
suscipiunt sed sic sibimet vacare ad
spiritualia funditus negligunt subditorum necessitatibus minime succurrunt.
Et horum nimirum predicacio plerumque
despicitur quia dum delinquencium facta
corripiunt sed eis ea necessaria presentis vite
non tribuunt nequaquam libenter audi-
untur egentis etenim mentem doctrine
sermo non penetrat si hunc apud eius
animum manus non commendat miseri-
cordie tunc vero semen sermonis germinat quando
hoc in audientis pectore pietas
predicantis rigat. Unde rectorem necesse
est ut interiora possit infundere cogit-
tacione innoxia et exteriora provide-
re. Sit itaque pastoris erga exterio-
ra studia subditorum suorum sic cura
ut nec eis exterioris quamque vite
providentia non relinquat. Namque
iure ut diximus a percipienda predica-
tione gregis animus frangitur si
cura exterioris studii sibi a monet a
pastore negligitur. Unde primus

pastor sollicite admonet dicens Petrus
Seniores qui in vobis sunt ob-
secro consenior et testis Christi passionum
qui et eius que in futuro revelanda est
glorie communicator pascite eum qui in vobis est
gregem dei et cum hic in loco pas-
sionem cordis an corporis suadet
apperuit cum protinus adiunxit pro-
videntes non coacte sed spontanee
pro deum sublectis ne in opia fati-
gant se ne vanitatis ambicionis occi-
dant ne dum pectus carnis sub-
sidiis refitiunt proximi ipsi remane-
ant ancte iustitie pane ieiunii hanc
pastoralem sollicitudinem paulus ex-
citat dicens Si quis suorum et maxime
domesticorum curam non habet
fidem negavit et est infideli deterior
sint hoc itaque metuendum semper et
vigilanter metuendum ne dum cura
ab eis exterior agitur ab interna inten-
tione mergantur plerumque enim ut pre-
diximus corda rectorum dum temporali
sollicitudini incaute deserviunt ab
interiori amore frigescunt et fo-
ras fusi oblivisci non metuunt
quia animarum regimina susceperunt
Sollicitudo ergo que subditis exterior-
ius impenditur sub certa necesse est me-
sura teneatur. Unde bene ad Ezechielem
dicitur Eze. 4. Sacerdotes caput suum
non radent neque comam nutrient
sed tondentes tondent
capita sua. Sacerdotes namque
iure vocati sunt qui ut sacrum
ducatum prebeant fidelibus presunt.
Capilli vero in capite exte-
riores cogitationes in mente
sunt dum super cerebrum insensi-
biliter oriuntur curas presentis vite
designant que ex sensu negligenti quia

quia in presenti aliud providerunt quod
nobis non sentientibus precedunt. Quia
igitur cuncti qui presunt habere quidem
sollicitudines exteriores debent nec
tamen eis vehementer incumbere sacerdo-
tes recte et caput prohibentur radere vel
curas de vita subditorum nec funditus
amputent nec rursum ad crescen-
dendum nimis relaxent. Unde
et bene dicitur: Tondentes tondeant ca-
pita sua, ut videlicet cure temporalis
sollicitudinis et quantum necesse est prodeant
et tamen recrescere citius ne in modi-
cationes excrescant. Dum igitur et pa-
ministratur exteriorem providentiam
corporum vita protegitur et rursum per
moderatam cordis intentionem non
impeditur capilli in capite sacerdotis
servantur ut cutem cooperiant et reseca-
ntur ne oculos claudant. Et vero suo
studio hominibus placere non appetit
[illegible] ter hec mitte et ut rector so-
llerter invigilet ne hunc custodia
cupido placendi hominibus pulset
ne cum studiose interiora penetrat
cum provide exteriora subministrat se
magis a subditis diligi quam
veritatem querat, ne cum bonis ac-
tibus fultus videatur alienus
[illegible] auctori reddat condicionem am-
oris. Hostis namque redempto-
ris est qui per recta opera que facit
eius vice ab ecclesia amari concu-
piscit. Quia adulterine cogitatio-
nis reus est si placere puer sponsi
oculis appetit per que sponsus do-
na transmisit. Quia nimirum amor
proprius cum rectoris mentem ceperit
aliquando hanc inordinate ad mollitiem
aliquando autem ad asperitatem rapit.
Ex amore et cum suo munus rectoris
in mollitiem solvitur quia cum pec-
cantes subditos respicit ne erga

eum eorum dilectio tepescat corripe-
re non presumit. Non numquam vero errata
subditorum que increpare debuerat
adulationibus demulcet. Unde bene
per prophetam dicitur Ezech. 13: Ve hiis qui
consuunt pulvillos sub omni cubi-
to manus et faciunt cervicalia sub
capite universe etatis ad capiendas
animas. Pulvillos quippe sub
omni cubito manus ponere est ca-
dentes a sua rectitudine animas
atque in hoc se mundi delectatione
declinantes blanda adulatione
refovere. Quasi enim pulvillo cubitus
vel cervicalibus caput iacentis
excipitur cum correctionis duritia
peccanti subtrahitur eique mollities
favoris adhibetur ut in errore mol-
liter iaceat quem nulla asperitas
contradictionis pulsat. Sed hec
rectores qui semetipsos diligunt
hiis procul dubio exhibent a quibus
se nocere posse in studio glorie
temporalis timent. Nam quos nul-
la contra se valere conspiciunt hos nimirum
aspere et invectionis premunt numquam
clementer admonent sed pastoralis
mansuetudinis obliti iure domina-
tionis terrent. Quos recte divina
voce per prophetam increpat dicens Eze.
34: Vos autem cum austeritate im-
perabatis et cum potentia. Plus
enim se suo auctore diligentes
iactanter erga subditos erigunt
nec quid agere debeant sed quid va-
leant attendunt. Nil de subse-
quenti iudicio metuunt dum in
probo de temporali potestate gloriantur
ut libenter illicita faciunt sub-
ditorum nemo contradicat. Quod ergo
contraria studet agere et tamen

ad hec rectos. tantum ipse videretur esse
et quia plus veritatem se appetit diligi
quam contra se non vult defendi. Nemo
quippe est qui ita vivat ut aliquatenus 20
non delinquat. Ille ergo non se ipso amplius
veritatem desiderat amari qui sibi a nullo
vult contra veritatem parci. Hinc est enim
Petrus increpacionem Pauli libenter
accepit. Hinc David correpcionem sub-
diti humiliter audivit quia rectores bo-
ni dum privato amore diligi se
nesciunt liberi puritatis verbum a sub-
ditis obsequium humilitatis credunt.
Sed inter hec necesse est ut cura tanti
moderaminis arte temperetur quatenus
subditorum mens cum quedam recte
sentire potuerit sic in vocis libertate
prodeat ut tamen libertas in superbiam
non erumpat ne dum fortasse immo-
deratius lingue eis libertas conceditur
vite ab eis humilitas appetant sed
ut sue estimacionis dulcedine pro-
ximos in affectu veritatis trahant non
ut se amari desiderent sed ut dilectionem
suam quasi quandam viam faciant per
quam corda audiencium ad amo-
rem conditoris introducant. Difficile
quippe est ut quamlibet recte denunci- 21
antem predicatorem qui non diligitur libenter
audiat. Debet ergo qui preest et studere se di-
ligi quatenus possit audiri et tamen amo-
rem suum pro semetipso non querere ne
inveniatur ei cui servire per officium cernitur
occulta cogitacionis tyrannide
resultare. Quod bene Paulus in-
sinuat cum sui nobis studii oc-
culta manifestat. d. Sicut ego sic et
r. c. per omnia omnibus placeo. Qui tamen
rursus dicit Si adhuc hominibus
placerem Christi servus non essem. Ad
Gala. i. Placet ergo Paulus et non

placeat quia in eo quod placere appetit
non se sed per se hominibus placere veritatem
querit. Scire etiam rector debet quod
plerumque vicia se virtutes esse
menciuntur. Nam sepe sub parsimonie
nomine se tenacitas palliat, et contra
se effusio sub appellacione largitatis
occultat. Sepe inordinata remissio
pietas creditur et effrenata ira spiritualis
zeli virtus estimatur. Sepe precipitata
accio velocitatis efficacia atque agen-
di tarditas gravitatis consilium putatur.
Unde necesse est ut rector animarum virtu-
tes ac vicia vigilanti cura discer-
nat ne aut cor tenacia arripiat et
parcum se videri in dispensacionibus ex-
ultet aut cum effuse quid perditum
largum se quasi miserando glorietur
aut remittendo quod ferire debuit
ad eterna supplicia subditos pertra-
hat aut immaniter feriendo quod delinquitur ipse
gravius delinquat aut hoc quod agi
graviter potuit immature preveniendo
leviget aut bone actionis meritum
differendo ad deteriora permutet
Et debeat esse rectori discrecio cavendis
Sciendum quoque est quod aliquando
subditorum vicia prudenter
dissimulanda sunt sed quia dissimulantur
indicanda aliquando eciam aperte cogni-
ta mature toleranda aliquando vero
subtiliter et occulte perscrutanda
aliquando leniter arguenda aliquando
autem vehementer increpanda. Nam
non nulla quippe ut diximus
prudenter dissimulanda sunt sed quia
dissimulantur indicanda ut cum delinquens
et deprehendi se cognoscit et perpeti erubescit
culpas quas tacite in se tacite tolerari
considerat augere culpas erubescat et
se quo judice puniat qui se apud

sic rectoris patientia clementer occultat
certa dissimulatione. Unde iudeam
dominus corripit eum per prophetam dicens ysaie
l. Mentita es et mei non es recor-
data neque cogitasti in corde tuo quia
ego tacens et quasi non videns. Patie-
ntia clementer occultat. Et simulat
culpas quando eas non notavit quia et que
percussit tacuit et alibi aperit ea que
tacuit dixit. Nonnulla autem vel aperte
cognita mature tolleranda sunt
cum videlicet rerum minime oportun-
itas cogit ut aperte corrigantur.
Nam secta immature vulnera deteri-
us infervescunt et nisi cum tempore me-
dicamenta conveniant conveniant con-
stat procul dubio quod medendi officium
amittat. Sed cum subditis tempus
ad correptionem queritur sub ipso cul-
parum pondere patientia prelati exercetur.
Unde per psalmistam dicitur: Supra dorsum meum
fabricaverunt peccatores. In dorso quip-
pe onera sustinemus. Supra dorsum
ergo suum fabricasse peccatores queritur ac
si aperte dicat: quos corrigere nequeo
quasi superimpositum onus porto. Nonnulla autem
multa sunt subtiliter et occulte pertrac-
tanda ut quibusdam signis erum-
pentibus rector in subditorum mente
omne quod clausum latet inveniat
et interveniente articulo correctionis
ex minimis maiora cognoscat.
Unde recte ad ezechielem dicitur Ezechiel viii: Filii
hominis fode parietem. Et mox idem pro-
pheta subiungit: Et cum fodisset
parietem apparuit hostium unum et dixit
ad me: ingredere et vide abhominaciones
pessimas quas isti faciunt hic.
Et ingressus vidi et ecce omnis
similitudo reptilium et animalium ab-
hominatio et universa ydola domus
israhel depicta in pariete. Per ezechielem
quippe prepositorum persona significatur,
per parietem duricia subditorum. Et
quid est parietem fodere nisi acutis
inquisitionibus hostium quia cum
cordis duricia cordis vel studiosis
percunctationibus vel maturis correpcio-
nibus scinditur quasi quedam ianua ostenditur
ex qua omnia intus qui corripit
cogitationum interiora videantur. Unde et
recte illic sequitur: Ingredere et vide ab-
hominationes pessimas quas isti
faciunt hic. Quasi ingreditur ut abho-
minationes inspiciat qui in discu-
ssis quibusdam signis exterius ap-
parentibus ita corda subditorum
penetrat ut cuncta ei que illicite
cogitantur innotescant. Unde subdit:
Et ingressus vidi et ecce omnis
similitudo reptilium et animalium ab-
hominatio. In reptilibus cogitationibus
omnino terrene signantur. In animalibus
vero iam quidem aliquantulum a terra sus-
pense sed adhuc terrene mercedis
premia requirentes. Nam reptilia
toto corpore terre inherent. Animalia
autem quia corpore a terra suspensa
sunt appetitu tamen gule ad terram
semper inclinantur. Reptilia ita quod sunt
intra parietem quando cogitationes
volvuntur in mente que a terrenis
desideriis numquam levantur. Animalia quoque
sunt intra parietem et si qua iusta
si qua honesta cogitantur appete-
ndis tamen lucris temporalibus honoribus-
que deserviunt et per semetipsa quidem
iam quasi a terra suspensa sunt sed
adhuc per ambitum quasi per gule desi-
derium sese ad yma submittunt.

Unde et bene sub Ezechiele dicitur. Et universa ydola
domus israel depicta cernuntur in pariete.
Scriptum quippe est ad Collos. 3.
Et avaricia que est ydolorum ser-
uitus. Recte ergo post iniquitatem ydola
describuntur. quia et si honesta ac-
tione nonnulli quasi extra se eri-
gunt ambicione tamen inhone-
sta semetipsos ad terram deprimunt.
Bene autem dicitur depicta cernuntur
quia dum exteriorum rerum intus
species attrahuntur. quasi in corde de-
pingitur quicquid ymaginibus deli-
berando cogitatur. Notandum est quod prius
foramine inspecto ac deinde hostium
cernitur. et tunc demum occultum ma-
lum quod intus latet aperitur. Non-
nulla autem sunt leniter arguenda.
Nam cum non malicia sed ignorancia
vel infirmitate delinquitur perfecto necesse
est ut magno moderamine ipsa de-
licti correccio temperetur. Cuncti
quippe quousque in hac mortali car-
ne subsistimus corrupcionis nostre
infirmitatibus subiacemus. Ex se ergo
quisque debet colligere qualiter aliene
huic oportet imbecillitati miseri
ne contra infirmitatem proximi si ad incre-
pacionis vocem ferventius rapitur
oblitus sui esse videatur. Unde bene
Paulus ammonet dicens ad Gala-
thas 6. Si preoccupatus fuerit homo in
aliquo delicto vos qui spirituales
estis instruite huiusmodi in spiritu man-
suetudinis considerans te ipsum ne
et tu tempteris. Ac si aperte dicat
Cum displicet ex aliena consideracione infirmitas
quid es pensa quod est ut incre-
pacionis zelo se spiritus temperet dum
sibi hoc quod increpat timet. Nonnulla

autem vehementer increpanda ut dum
culpa ab auctore cognoscitur quanti
sit ponderis ab increpantis ore sen-
tiatur. et cum sibi quis malum quod
perpetravit leuigat. hoc contra se commissi
correptoris asperitate pertimescat. Debitum
quippe rectoris est superne patrie gloriam
per vocem predicacionis ostendere. quanta
in huius vite itinere temptamenta
antiqui hostis lateant aperire et sub-
ditorum mala que tollerari leniter non
debent cum magna zeli asperitate cor-
rigere. ne si minus contra culpas
accenditur culparum reus ipse teneatur.
Unde bene ad Ezechielem dicitur Sume
tibi laterem et pones eum coram
te et describes in eo civitatem
~~iherusalem~~ iherusalem. Statimque subiungitur
et ordinabis adversus eam obsi-
dionem et edificabis municiones et
comportabis aggerem et dabis contra
eam castra et pones arietes in gy-
ro. Eique ad munitionem suam protinus
subinfertur. Et tu sume tibi sar-
taginem ferream et pones eam murum
ferreum inter te et civitatem. Cuius
enim Ezechiel propheta nisi magistrorum figuram
tenet cui dicitur Sume tibi laterem
et pones eum coram te et describes
in ea civitatem iherusalem. Sancti quippe
doctores laterem sumunt cum terrenum
auditorum cor ut doceant apprehen-
dunt. Coramque laterem ponunt
quia tota illud mentis intencione
custodiunt. In quo et civitatem iherusalem
iubentur describere quia predicando
terrenis cordibus curant summo opere
que sit superne pacis visio demonstrare.
Sed quia incassum gloria patrie celestis
agnoscitur nisi et quanta hunc ir-
ruant hostis callidi temptamenta no-
scantur apte subiungitur et ordinabis

adversus eam obsidionem et edificabis
munitiones. Sancti quippe predicato-
res obsidionem circa laterem in quo
Ierusalem descripta est ordinant cum terre-
ne menti que jam supernam patriam
querenti quanta eam in hujus vite
tempore vitiorum pugnet adversitas
demonstrant. Nam cum unumquodque
peccatum quo proficientibus insidiatur
quasi obsidio circa civitatem Ierusalem
voce predicatoris ordinatur. Sed quia
non solum debent innotescere qualiter
vitia pugnent verum etiam quo
custodite nos virtutes roborent
recte subiungitur: Et edificabis muni-
tiones. Munitiones quippe sanctus
predicator edificat cum que virtutes
quibus resistant vitiis demonstrat. Et
quia crescente virtute plerumque bella
temptationis augentur recte adhuc
additur: Et comportabis aggerem et
dabis contra eam castra et pones
arietes in gyro. Aggerem enim com-
portat cum predicator quisque molem
crescentis temptationis enuntiat. Et
contra Ierusalem castra erigit cum recte
intentionem audientium hostis cal-
lidi circumspectas et quasi incomprehensibiles
predicat atque in gyro arietes ponit
cum temptationum aculeos nos in hac vita
undique circumdantes et virtutis murum
perforantes innotescit. Sed tamen licet subtiliter rector
insinuat nisi tot delicta singulorum
emulationis spiritu fuerit nulla sibi ad
in perpetuum absolutione parat. Unde adhuc ad
hunc recte subiungitur: Et tu sume tibi sar-
taginem ferream et pones eam murum
ferreum inter te et inter civitatem. Per sartaginem
quippe frixuram mentis, per ferrum vero
increpationis fortitudo designatur. Quid
vero acrius doctoris mentem quam zelus

Dei frigit et excruciat. Unde Paulus
hujus sartaginis urebatur frixura cum
diceret: Quis infirmatur
et ego non infirmor? quis scandalizatur
et ego non uror? Et quia quisquis ze-
lo Dei accenditur ne damnationis negligen-
tia debeat forti in perpetuum custo-
dia munitur, recte ut eum dicit: Pones
eam murum ferreum inter te et inter
civitatem. Sartago enim ferrea murus
ferreus inter prophetam et civitatem po-
nitur, quia cum forte nunc zelum
rectores exhibent eundem zelum
postmodum inter se et auditores
suos fortem munitionem tenent ne
remissi ad vindictam destituti sint.
Sed fiunt nunc in correptione dissoluti
sed in tempore succendio et cum dum ad
correptionem se mentes doctoris accendit
difficile valde est ut non aliquando ali-
quid quod dici non debet oris prorumpat
et plerumque contingit ut dum cul-
pa subditorum cum magna invectione
corripit magistri lingua usque ad
excessus verba pertrahantur. Cumque increpatio
immoderate accenditur corda de-
linquentium in desperatione deprimuntur.
Unde necesse est ut exasperatus rector cum
subditorum mentem plus se quam
debuit perculisse considerat apud se
ad penitentiam recurrat ut in lamenta-
tione veniam in conspectu veritatis obtineat
eo etiam quod per zelum eius stu-
dio peccat. Et nos figuraliter Dominus
per Moysen precipit dicens: Si quis abierit
cum amico suo simpliciter in silvam
ad ligna cedendum et lignum securis
fugerit manum et ferrum lapsum
de manubrio amicum eius percusserit
et occiderit, hic ad unam supradictarum
urbium fugiendo et vivet, ne forte
proximus eius cuius effusus est.

sanguinis dolore stimulo persequatur et apprehendat eum et percutiat animam eius. Ad silvam quippe cum amico imus quotiens ad intuenda subditorum delicta convertimur et simpliciter ligna succidimus, cum delinquentium vitia pia resectatione intentione resecamus. Sed securis manum fugit, cum sese increpatio plus quam necesse est in asperitatem pertrahit. Ferrumque de manubrio prosilit, cum de correptione sermo durior excedit, et amicum percutit et occidit, quia auditorem suum prolata contumelia a spiritu dilectionis interficit. Correpti namque mens repente ad odium prorumpit, si hanc immoderata increpatio plus quam debuit addicat. Sed is qui incaute ligna percutit et proximum extinguit, ad tres necesse est urbes fugiat, ut in una earum defensus vivat, quia si ad penitentie lamenta conversus in unitate sacramenti sub spe, fide et caritate absconditur, reus perpetrati homicidii non tenetur; eumque extincti proximus cum invenerit non occidit, quia cum districtus iudex venerit, qui se nobis per nature nostre consorcium iunxit, ab eo procul dubio culpe reatum non expetit, quem sub eius venia fides, spes et caritas abscondit. Ceterum rector sacre legis meditationi intendere debet.

22 Sed omne hoc rite a rectore agitur, si superne formidinis et dilectionis spiritu afflatus studiose sacri eloquii cottidie precepta meditetur, ut in eo vim sollicitudinis erga celestem vitam provide circumspectionis, quam humane conversationis usus indesinenter destruit, divine admonitionis verba restaurent et qui ad vetustatem vite per societatem secularium ducitur, ad amorem semper spiritualis patrie compunctionis aspiratione renovetur. Valde namque inter humana verba cor defluit, cumque indubitanter constat quod externis occupationum tumultibus impulsum a semetipso corruat, studere incessabiliter debet, ut per eruditionis studium resurgat. Hinc est enim quod prelatum gregis discipulum Paulus admonet dicens: Dum venio, attende lectioni. Hinc David ait: Quomodo dilexi legem tuam, domine; tota die meditatio mea est. Hinc Moysi dominus de portanda archa precipit dicens, Exo. 27.: Facies quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor angulos; facies quoque vectes de lignis cethim et operies auro, inducesque per circulos qui sunt in arche lateribus, ut portetur in eis, qui semper erunt in circulis nec unquam extrahentur ab eis. Quid per archam nisi sancta ecclesia figuratur? cui quatuor circuli aurei per quatuor angulos iubentur adiungi, quia in eo quod per quatuor mundi partes dilatata tenditur, procul dubio quatuor sancti evangelii libris accincta predicatur. Vectesque de lignis cethim fiunt, qui eisdem ad portandum circulis inseruntur, quia perseverantesque doctores velud imputribilia ligna querendi sunt, qui instructione sacrorum voluminum semper inherentes sancte ecclesie unitatem denunciant, et quasi intromissi circulis archam portant. Vectibus quoque archam portare est bonis doctoribus sanctam ecclesiam ad rudes infidelium mentes predicando deducere. Qui auro quoque iubentur operiri, ut cum sermone aliis insonant, ipsi vite splendore

fulgescant/ De quibus apte subditur qui et erunt in circulis ac numquam ex trahentur. Quid aliud hominis quam nimirum necesse est ut qui ad officium praedicationis excubant a sacrae lectionis studio non recedant. Ad hoc namque vectes esse in circulis semper iubentur ut cum portari archam opportunitas exigit ad intromittendos vectes portandi tarditas nulla generetur. Quia videlicet cum spirituale aliquid a subditis pastor inquiritur ignominiosum valde est si tunc quaerat discere cum quaestionem debet enodare. Sed circulis vectes inhaereant ut doctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditantes testamenti archam sine mora elevent si quid necesse est protinus doceant. Unde bene primus pastor ecclesie ceteros pastores admonet dicens. Parati ad satisfactionem omni poscenti vos rationem reddere de ea que in vobis est fide ac spe. Ac si aperte dicat ut portandam archam mora nulla praepediat vectes a circulis numquam recedunt. // Tertia de esse diversitas artis praedicationis.

Ergo igitur qualis debet esse pastor ostendimus. Nunc qualiter doceat demonstremus. Ut enim longe ante nos reverende memorie Gregorius Nazazenus edocuit non una eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Saepe namque aliis officiunt que aliis prosunt. Nam plerumque herbe que haec animalia nutriunt alia occidunt, et lenis sibilus equos mitigat catulos instigat, et medicamentum quod hunc morbum imminuit alteri vires iungit. Et panis qui vitam fortium roborat parvulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum ut et suis singulis congruat et tamen a communis aedificationis arte numquam recedat. Quid enim sunt intentae mentes auditorum nisi ut ita dixerim quaedam in cithara tensiones stratae chordarum quas tangendi artifex ut non sibimetipsis dissimile canticum faciant dissimiliter pulsat. Et chordae consonam modulationem reddunt quia uno quidem plectro sed non uno impulsu feriuntur. Unde et doctor quisque ut in una arte ex ... hortatione tangere corda audientium debet. Aliter namque viri, aliter admonendi sunt feminae. Aliter iuvenes, aliter senes. Aliter inopes, aliter locupletes. Aliter laeti, aliter tristes. Aliter subditi, aliter praelati. Aliter servi, aliter domini. Aliter huius mundi sapientes, aliter hebetes. Aliter impudentes, aliter verecundi. Aliter protervi, aliter pusillanimes. Aliter impatientes, aliter patientes. Aliter benivoli, aliter invidi. Aliter simplices, aliter impuri. Aliter incolumes, aliter aegri. Aliter qui flagella metuunt et propterea innocenter vivunt, aliter qui sic in iniquitate duruerunt ut nec per flagella corrigantur. Aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes. Aliter pigri, aliter praecipites. Aliter mansueti, aliter iracundi. Aliter humiles, aliter elati. Aliter pertinaces et aliter inconstantes. Aliter gule dediti, aliter continentes. Aliter qui sua misericorditer tribuunt, aliter qui et aliena rapiunt. Aliter qui nec aliena rapiunt nec sua largiuntur. Aliter qui et ea que sua sunt tribuunt et aliena rapere non desistunt

Aliter discordes, aliter pacati, aliter
seminantes iurgia, aliter pacifici.
Ammonendi qui sacre legis verba non
recte intelligunt, aliter qui recte quidem
intelligunt, sed humiliter non loquuntur. A-
liter qui cum predicare digne va-
leant, pre nimia humilitate formidant, aliter
quos a predicatione inperfectio vel
etas prohibet, et tamen precipitatio im-
pellit. Aliter qui in hoc quod temporaliter
appetunt prosperantur. Aliter qui quidem que
mundi sunt concupiscunt, sed tamen ad-
versitatis labore fatigantur. Aliter co-
niugiis obligati, aliter coniugii
nexibus liberi. Aliter admixtionem
carnis experti. Aliter ignorantes.
Aliter qui peccata deplorant operum,
aliter qui cogitationum. Aliter qui co-
missa plangunt, nec tamen dese-
runt. Aliter qui deserunt, nec tamen
plangunt. Aliter qui illicita que
faciunt etiam laudant. Aliter qui
accusant prava, nec tamen devitant.
Aliter qui repentina concupiscentia su-
perantur, atque aliter qui in culpa ex
consilio ligantur. Aliter qui licet
minima, crebro tamen illicita faciunt,
atque aliter qui se a parvis custodi-
unt, sed aliquando in gravibus demerguntur. Aliter
qui bona nec inchoant. Aliter qui
inchoata minime consummant. Aliter
qui mala occulte agunt et bona
publice, mala de se opinari per-
mittunt. Sed quid prodest quod
cuncta hec collecta enumeratione
transcurrimus, si non et admonitionis
modos per singula quanta possumus
brevitate pandimus etc. Aliter
ammonendi sunt viri et femine.
28 Aliter ammonendi sunt viri,
aliter femine, quia illis

gravia, istis vero sunt iniungenda levi-
ora, ut illos magna exerceant, i-
stas autem levia demulcendo con-
vertant. Aliter iuvenes et senes. 2
Aliter iuvenes atque aliter senes,
quia illos plerumque severitas
ammonitionis ad profectum dirigit, istos
vero deprecatio blanda ad meliora opera
componit. Scriptum namque est: Seniorem
et sermonem ne increpaveris, sed ob- 2
secra ut patrem. Aliter inopes et locupletes.
Aliter inopes, aliter locuple-
tes. Illis namque afferre con-
solationis solacium contra tribula-
cionem, istis vero inferre metum con-
tra elacionem debemus. Inopi qui-
ppe a Domino per prophetam dicitur: Noli timere,
quia non confunderis. Cui non lon-
ge post blandiens dicit: Paupercula
tempestate convulsa. Et rursum
hanc consolatur dicens, Ysa. 48: Elegi te
in camino paupertatis. At contra
Paulus discipulo de divitibus dicit
ad Thim. 6: Divitibus huius seculi pre-
cipe non sublime sapere, nec in incerto sperare
divitiarum suarum. Ubi notandum valde
est quod humilitatis doctor in men-
cionem divitum faciens non ait: roga,
sed precipe; quia et si impendenda est
pietas infirmitati, honor tamen non
debetur elacioni. Talibus ergo rectum
quod dicitur tanto rectius iubetur,
quanto et in rebus transitoriis altitu-
dine cogitacionis intumescunt. De
his in evangelio Dominus dicit, Luce 6: Ve
vobis divitibus qui habetis consolacio-
nem vestram. Quia enim que sunt
eterna gaudia nesciunt, ex presenti
vite habundancia consolantur. Offerenda
ergo eis est consolacio quos caminus
paupertatis excoquit, atque illis infe-
rendus est timor quos consolacio

gere qualis extollit illi discant quia
divitias quas non conspiciunt te-
nere nequaquam possident et isti cogno-
scant quia eas quas conspiciunt
tenere nequaquam possunt. plerumque tamen
personarum ordinem permutat quali-
tas morum ut sit dives humilis sit
pauper elatus. unde mox predicantis
lingua cum audientis debet vita com-
poni ut tanto districtius in paupe-
re elationem feriat quanto eam nec
illata paupertas inclinat et tanto
lenius humilitatem divitum mulceat
quanto eos nec habundantia que sub-
levat exaltat. Non numquam tamen
et superbi divites exhortationis blan-
dimento placandi sunt quia et plerum-
que dura vulnera per lenia fomenta
mollescunt et furiosus insanus
sepe ad salutem medico blandien-
te reducitur cumque eis in dulcedine
condescenditur languor insanie miti-
gatur. Neque enim negligenter intuendum
est quod cum Saulem spiritus adversus in-
vaderet apprehensa David cythera
eius vesaniam sedabat. Quid enim per
Saulem nisi elatio potentum et quid
per David nisi humilis vita
sanctorum. Cum ergo Saul ab immundo spiritu
arripitur David canente eius vesa-
nia temperatur quia cum sensus po-
tentium per elationem in furorem vertitur
dignum est ut ad salutem mentis
quasi cythare dulcedine locutionis
nostre tranquillitate revocetur. Aliquando
autem cum huius seculi potentes arguuntur
prius per quasdam similitudines
velud de alieno negotio requirendi
sunt et cum rectam sententiam quasi in
alterum protulerint tunc modis con-
gruentibus de proprio reatu feriendi
ut mens temporali potentia tumida
contra corripientem se nequaquam
erigatur que suo sibi iudicio super-
bie cervicem calcat et nulla sui de-
fensione se excusat quam sua ipsius ore
ligat. Hinc est enim quod Nathan propheta arguere
regem venerat et quasi de causa pa-
uperis contra divitem iudicium que-
rebat ut prius rex sententiam diceret et
reatum suum postmodum audiret
quatenus nequaquam iustitie contra-
diceret quam ipse in se protulisset.
Vir itaque sanctus et peccatorem con-
siderans et regem miro ordine
audacem reum prius per confessio-
nem ligare studuit et postmodum
per invectionem secare. Celavit pau-
lulumque quem quesivit et percussit re-
pente quem tenuit. Pigrius enim
fortasse incideret si aperto
sermonis gladio aperte culpam
ferire voluisset sed premissa simi-
litudine eam quam occulta-
bat acuit increpacionem. Ad e-
grum quippe medicus venerat
secandum vulnus videbat sed
de patientia egri dubitabat.
Abscondit itaque ferrum medicina-
le sub veste quod eductum
subito fixit in vulnere ut statim
secantem gladium sen-
tiret antequam cerneret ne si an-
te cerneret sentire recusaret. Aliter
admonendi sunt leti atque tristes.

l Letis videlicet inferenda
sunt tristicia que sequuntur
ex supplicio tristibus vero
inferenda sunt que promittuntur
ex regno. Discant leti ex comminatione 2a

asperitate quod timeat / Audiant
tristes priorum gaudia de quibus
presumant Illis quippe dicitur
Luce. 6. Ve vobis qui ridetis
nunc quia flebitis Isti vero eodem
magistro docente audiant Jo. 16
Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum
et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Nonnulli
autem leti vel tristes non rebus
fiunt sed complexionibus consistunt quibus
profecto curandum est quod quedam
vicia quibusdam complexionibus iuncta
sunt sicut cum leti propinquo
luxuriam tristes iram unde
necesse est ut non solum quisque
consideret quod ex complexione sustineat
sed etiam quod ex vicino deterius
premat ne dum nequaquam pugnet
contra hoc quod tolerat et quo
a quo se liberum estimat vicio
succumbat // Aliter subditi et prelati
Illi ne subiectio conterat Isti
ne locus superior extollat
Illi ne minus que iubentur
impleant Isti ne plus iusto
iubeant que compleantur Illi ut
humiliter subiaceant Isti ut temperanter
presint Nam quod intelligi et
potest figuraliter Illis dicitur ad Ephesios
. 6. Filii obedite parentibus vestris in
domino Istis vero precipitur et patres no-
lite provocare filios vestros ad ira-
cundiam Illi discant quomodo ante
occulti arbitrium oculos sua
interiora componant Isti quomodo in-
iunctis sibi exempla bene vivendi
de exterius prebeant / Sciant et-
enim prelati debent quia si pra-
va unquam perpetrant tot mor-
tibus digni sunt quot ad sub-
ditos suos perditionis exempla transmi-
ttunt Unde necesse est ut tanto cautius tanto
cautius se a culpa custodiant quanto per
prava que faciunt non soli mo-
riuntur sed aliarum animarum que
quas pravis exemplis destruxe-
runt Admonendi sunt illi ne
districtius iudicantur
sed admonendi sunt valde de se Isti
ne de subditorum erratibus
iudicentur et sic et iam de se se-
curus in veniat Illi tanto
certius se sollicitius liberant quan-
to cum aliena cura non im-
plicat Isti non ut sic aliorum
curas expleant quatenus et sua
agere non desistant et sic in propria
sollicitudine ferveant ut a
commissorum custodia minime
Illi cui sibi vacanti
dicitur prov. 6. Vade ad formicam
o piger et considera vias eius
et disce sapientiam Isto autem terri-
biliter admonetur cum dicitur eodem
. 6. Fili mi si spoponderis pro
amico defixisti apud extraneum
manum tuam et illaqueatus
es verbis oris tui et captus
propriis sermonibus Spondere namque
pro amico est alienam animam
in periculo sue conversationis ac-
cipere Unde unde et apud extra-
neum manus defigitur quia apud
curam sollicitudinis que
ante deerat mens ligatur in-
verba non oris sui illaqueatus
et propriis sermonibus captus quia
dum cogitur commissis sibi bo-
na dicere ipsum prius necesse est

qui dixit custodire. Illaqueatur
ergo verbis oris sui dum cogen-
te ratione constringitur ut eius
vitam ad aliud quam admonet
relaxet. Unde apud districtum iu-
dicem cogitur tantum in opere ex-
solvere, quantum eum constat aliis
voce precepisse. Ubi bene mox
exhortatio subditur. Fac ergo quod
dico fili mi et temet ipsum li-
bera quia incidisti in manus
proximi tui. Discurre, festina,
suscita amicum tuum. Ne dederis
sompnum oculis tuis nec dor-
mitent palpebre tue. Quisquis
enim ad vivendum aliis
in exemplo preponitur non solum
ut ipse vigilet, sed et ut amicum
suscitet admonetur. Ei namque
vigilare bene vivendo non sufficit
si non illum cui preest a torpore disiungit.
Unde dicitur: ne dederis sompnum
oculis tuis nec dormitent palpebre
tue. Sompnum quippe dare oculis
est intentione cessante subditorum
curam omnino negligere. Palpebre
vero dormitant cum cogitationes nostre
ea que in subditis arguenda co-
gnoscunt pressa pigredine despicien-
te dissimulant. Plene enim dormire
est commissorum acta nescire nec
corrigere. Non autem dormire sed dormi-
tare, que quidem reprehendenda
sunt cognoscere, sed tamen propter mentis te-
dium digna increpationibus non
emendare. Dormitando vero oculus
ad plenissimum sompnum ducitur, quia
dum plerumque qui preest malum quod
cognoscit non resecat, sed ad hoc
quandoque negligentie sue pervenit
merito ut quod a subditis delinquitur

ne cognoscat. Admonendi sunt itaque
qui presunt ut circumspectionis studio
celi animalia fieri contendant. Ce-
li. Ostensa quippe celi animalia
in circuitu et intus oculis plena
describuntur. Dignum quippe est ut cuncti
qui presunt intus atque in circui-
tu oculos habeant, quatinus et interno
iudici in semetipsis placere
studeant, et exempla vite exterius
prebentes, ea etiam que in aliis
sunt corrigenda deprehendant.
Admonendi sunt subditi ne prepo-
sitorum suorum vitam temere iudicent,
si quid eos fortasse agere reprehen-
sibiliter viderint, ne unde mala r-
edarguunt recte per elationis im-
pulsum in profundiora mergantur.
Admonendi sunt ne cum culpas pre-
positorum considerant contra eos auda-
ciores fiant, sed sic si qua valde sunt
eorum prava apud semetipsos diiu-
dicent ut tamen divino timore constric-
ti ferre sub eis iugum reverentie non
recusent. I Reg. 24. Quod melius
ostendimus si David factum ad medium
deducamus. Saul quippe perse-
cutor cum ad purgandum ventrem
speluncam ingressus fuisset, illic
cum viris suis David inerat
qui iam tam longo tempore perse-
cutionis eius mala tolerabat.
Cumque viri sui ad feriendum Sa-
ul accenderent, fregit eos respon-
sionibus, quia manum mittere in christum
domini non deberet. Qui tamen occul-
te surrexit et oram clamidis
eius abscidit. Quid enim per Saul
nisi reges, quid per David nisi
boni subditi designantur? Saul ergo

ventrem pungit et prepositas contra
prelatum in corde malicias usque ad
opus ministri sermonis contendere cogi-
tata apud se noxia facta exterio-
ribus eloquendo denudare timent
tamen David ferire metuit / quia
pie subditorum mentes ab omni se
peste obtrectationis abstinentes
prepositorum vitam nullo lingue gladio
percuciunt et cum de imperfectione rep-
rehendunt quia et si quando pro infirmi-
tate sese abstinere vix possunt ut
extrema quedam atque exteriora pre-
positorum mala / sed tamen humiliter lo-
quuntur quasi oram clamidis si-
lenter incidunt / quia videlicet dum pla-
te dignitati saltem innoxie et la-
tenter derogant quasi regis sup-
er vestem ponere student sed ad
semetipsos redeunt seque vehemen-
tissime vel de tenuissima verbi
laceratione reprehendunt Unde et
bene et illic. Scriptum est post hec
David percussit cor suum eo quod
abscidisset oram clamidis Saul /
Facta quippe prepositorum oris gla-
dio ferienda non sunt etiam cum
recte reprehendenda iudicantur Si quando
eos contra eos vel in minimis
lingua labitur / necesse est ut per afflic-
tionem penitentie cor prematur quatenus ad
semetipsum redeat et cum preposite
potestati deliquerit eius contra se iu-
dicium a quo sibi prelata est perhor-
rescat / nam cum prepositis delin-
quimus eius ordini / qui eos nobis
pretulit obviamus unde moyses quoque
cum contra se et aaron
conqueri populum cognovisset ait

Exo. 16. Nos vero quid sumus? nec con-
tra nos est murmur vestrum
contra dominum // Aliter servi et domini

Servi scilicet ut in se semper humilitatem 2
conditionis aspiciant domi-
ni vero / ut nature sue qua equaliter
sunt creati conditionem
non amittant / Servi ammonendi
sunt ne dominum despiciant et deum
offendant si ordinationi illius
superbiendo contradicunt domini quoque
ammonendi sunt quod contra deum de munere
eius superbiunt si eos quos per
conditionem tenent subditos equa-
les sibi per nature consortium
non agnoscunt Isti ammonendi sunt
ut sciant se servos esse dominorum / Illi
ammoneantur qui ammonendi sunt ut cog-
noscant se conservos servorum Istis namque
quod dicitur ad Ephe. 6. Servi obedite
dominis carnalibus et rursum ad Colos-
3. Quicumque sunt sub iugo servi-
tutis dominos suos omni honore dignos
suos [?] dignos arbitrentur
Illis autem dicitur ad Ephe. 6. Et vos
domini eadem facite illis remittentes
minas scientes quia et illorum et ~~ves~~-
ter dominus est in celis / Aliter sapi-
entes et hebetes etc.

Sapientes quippe ammonendi sunt
ut amittant scire quod sci-
unt / Hebetes quoque ammonendi sunt
ut appetant scire que nesciunt /
In illis hoc primum destruendum est
quod se sapientes arbitrantur
In istis iam edificandum quid-
quid a superna sapientia longe esse
cognoscitur / quia enim minime super-
biunt quasi ad suscipiendum edificium cor-
da paraverunt / Cum illis laborandum
est ut sapientes stulti fiant stultam

sapientiam deserant et sapientiam Dei que
est stultitia seculi discant. Istis vero
predicandum est ut ab ea que putatur
stultitia ad veram sapientiam veniant
transeant. Illis namque dicitur Si quis vestrum
inter vos videtur sapiens esse in hoc secu-
lo stultus fiat ut sit sapiens.
Istis vero dicitur Non multi sapientes secundum
carnem et rursum Que stulta sunt
mundi elegit Deus ut confundat
sapientes. Illos plerumque ratiocinatio-
nis argumenta, istos vero nonnumquam
melius exempla convertunt. Illis nimirum
prodest ut in suis allegationibus
victi iaceant. Istis vero aliquando suffi-
cit ut laudabilia aliorum facta cogno-
scant. Unde magister egregius dicit ad
Romanos i. Sapientibus et insipientibus
debitor sum. Cum Hebreorum quosdam
sapientes et quosdam vero etiam
tardiores admoneret, illis de comp-
letione testamenti veteris loquens
eorum sapientiam argumento superat
dicens ad Hebreos 11. Alii ludibria et
verbera experti, insuper et vincula et
carceres; lapidati sunt, secti sunt,
temptati sunt, in occisione gladii
mortui sunt. Et rursum Hebreorum 13.
Mementote prepositorum vestrorum qui vobis
locuti sunt verbum Dei, quorum
intuentes exitum conversationis
imitamini fidem, quatenus et illos vic-
ta ratio frangeret et istos ad maiora
conscendere imitandi blanda suaderet.
Aliter impudentes et verecundi.
30 Illos namque ab impudentie vicio
nisi increpatio dura compescit. Illos
autem plerumque ad melius exhortatio
modesta componit. Illi se delinque-
re nesciunt nisi etiam a pluribus incre-
pentur. Istis vero plerumque ad con-
versionem sufficit quod eis doc-
tor mala sua saltem leniter
ad memoriam reducat. Illos melius
corrigit qui invehendo reprehendit.
Istis autem maiorem profectum adducit
si hoc quod in eis reprehendit quasi ex latere
tangit. Impudentem quippe Iudeorum
plebem Dominus aperte increpans ait
Frons mulieris meretricis facta est tibi,
noluisti erubescere. Et rursum ve-
recundantem refovet: Confusionis a-
dolescentie tue oblivisceris et oppro-
brii viduitatis tue non recordaberis,
quia dominabitur tui qui fecit te. Im-
pudenter quoque delinquentes Ga-
lathas aperte Paulus increpans
dicit: O insensati Galathe, quis
vos fascinavit? Et rursum: Sic stul-
ti estis ut cum spiritu ceperitis nunc car-
ne consummemini? Culpas vero verecun-
dantium quasi compatiens reprehendit
dicens ad Philipenses 4. Gavisus sum
in Domino vehementer quoniam tandem
aliquando refloruistis pro me sentire
pro me sicut et sentiebatis; occu-
pati enim eratis, ut illorum cul-
pas dura increpatio detegeret et
horum negligentias sermo mollior
velaret. Aliter protervi et pusillanimes. 32
B Illi enim dum valde de se presumunt
exprobrando ceteros dedignantur.
Isti autem dum nimis infirmitatis sue
conscii sunt, plerumque in despera-
tionem cadunt. Illi singularia summa
estimant cuncta que agunt.
Isti despecta vehementer putant esse
que faciunt et ideo in desperatione
franguntur. Subtiliter namque ab argu-
ente discutienda sunt opera pro-
tervorum ut in quo sibi placent osten-
dant quia Deo displicent cum

cum perfectos melius corrigimus cum
ea que bene se egisse credunt ma
le acta monstramus ut unde ad se glo
ria creditur inde utilis confusio con
sequatur. Nonnumquam vero non omnino se
reatum [illegible] minime
perpetrate cognoscunt, compendio
sius ad correctionem veniunt si al
terius culpe manifestationis ex colla
tione requisite in proprio confundantur ut
ex eo quod defendunt requirunt cog
noscant se tenere in perfectis Paulus
probe quod defendunt ut unde cum
perfectus Paulus Corinthios adver
sum semetipsos tumidos videret inflatos
ut alius Apollo alius Pauli al
ius Cephe alius Christi se diceret
incestus culpam in medium de
duxit que apud eos et perpetrata
fuit et incorrecta remanebat
dicens. Ad Corinthios Auditur inter vos for
nicatio qualis nec inter gentes
ita ut uxorem patris sui quis
habeat. Et vos inflati estis et non
luctum magis habuistis ut tolla
tur de medio vestrum qui hoc opus
fecit, ac si aperte dicat quid vos
per tumorem huius vel alius dicitis
qui per dissolutionem negligentie n
ullius vos esse monstratis. At contra
pusillanimes aptius ad iter bene
agendi reducimus si quedam
illorum bona collateraliter requirimus
ut in eis dum alia reprehendendo cor
ripimus alia amplectendo laudamus
quatenus eorum teneritudinem laus
audita nutriat quam culpa in
crepata castigat. Plerumque autem uti
lius apud illos proficimus si et eorum
bene gesta memoramus et si que ab
eis inordinate gesta sunt non
iam tamquam perpetrata corripimus

sed quasi adhuc ne perpetrari debeant
prohibeamus ut ad illa que approbamus
illatus favor augeat et cont
ra ea que reprehendimus magis apud
pusillanimes exhortatio verecunda
convalescat. Unde idem Paulus cum
Thessalonicenses in accepta pre
dicatione perdurantes quasi de vicino
mundi termino quadam cogno
sceret pusillanimitate turbatos prius in
eis que fortia conspicit laudat
et caute monendo postmodum que in
firma sunt roborat ut eum ad Thes
salonicenses Gratias agere debemus Deo
semper pro vobis fratres ita ut dignum
est quoniam supercrescit fides vestra et
habundat caritas uniuscuiusque vestrum in
invicem ita ut et nos ipsi in vobis
gloriemur in ecclesiis Dei pro paciencia
et fide. Cumque ista blanda vite eorum
preconia premisisset paulo post sub
didit dicens: Rogamus vos
fratres per adventum domini nostri Iesu
Christi et nostre congregationis in ipsum
ut non cito moveamini a vestro sen
su neque terreamini neque per sermonem
neque per epistolam tamquam per nos mis
sam quasi instet dies domini. Egit
enim verus doctor prius ut audi
rent laudati que cognoscerent
et postmodum quod exhortati
sequerentur quatenus eorum mentem ne
admonitio subiuncta concuteret la
us premissa solidaret et qui commo
tos eos vicini finis suspicione
cognoverat non iam redarguebat
motos sed quasi transacti nesciens
adhuc commotiones prohibebat ut dum
de ipsa levitate motionis predicatori
suo se incognitos crederent tanto
reprehensibiles fieri quanto et cognosci ab
illo

formula decima. Aliter impacientes et pacientes
Dicendum namque est impacie-
tibus quia dum frenare spiritum
negligunt per multa etiam que
non appetunt iniquitatis abrup-
ta rapiuntur quia videlicet mentem impe-
llit furor quo non trahit desiderium
et agit commota velut nesciens unde
post doleat sciens. Dicendum est
impacientibus quia dum mo-
tionis impulsu precipites quedam
velud alienati peragunt vix post
mala postquam fuerint perpetrata
cognoscunt. Cumque perturbacioni
sue minime obsistunt etiam que
si tranquilla mente fuerint bene
gesta confundunt et improviso impulsu
destruunt quicquid forsitan diu
labore provido construxerunt. Ipsa
namque que mater est omnium cu-
stos que virtutum per impaciencie vici-
um virtus caritatis amittitur. Scriptum quippe
est ad Cor. 13. Caritas paci-
ens est. Igitur dum minime est caritas
paciens non est. Per hoc impaciencie
vicium nutrix doctrina dis-
sipatur. Scriptum namque est Prov. 19. Doc-
trina viri per pacienciam dinoscitur. Tan-
to ergo minus quisque ostenditur doctus
quanto minus convincitur paciens. Neque
enim potest veraciter bona docendo
impendere si vivendo nescit equa-
nimiter aliena mala tolerare. Per
hocque vicium plerumque mentem
arrogancie culpa transfigit quia
dum despici in mundo hic quisque
non patitur bona si qua sunt occul-
ta sunt ostentat atque sic per
impacienciam usque ad arrogantiam
ducitur dumque ferre despectum non potest
de ostentacione semetipsum in iactancia
gloriatur. Unde scriptum est Eccl. 7.

Melior est paciens arroganti quia
videlicet eligit paciens quelibet mala
perpeti quam per iactancie vicium
bona sua occulte cognosci. Econtra
eligit arrogans unde se occul-
ta iactari ut mala possit minime
perpeti. Quia igitur per impacienciam relin-
quuntur etiam bona reliqua que iam
gesta sunt destruuntur. Recte ad Ezechielem
in altari dei fieri fossa iubetur
ut in ea videlicet superposita holocausta
fuerint. Si enim in altari fossa non
esset omne quod invenit sacrificium
superveniens aura dispergeret. Quid
non accipimus altare dei nisi animam
iusti que quot bona egerit
tot super se ante eius oculos sa-
crificia imponit. Et quid est altaris
fossa nisi bonorum paciencia que
dum mentem ad adversa tolleranda
humiliat quasi more fovee hanc
in ymo positam demonstrat. Fossa
ergo in altari fiat ne superpositum
sacrificium aura dispergat, id est electorum
mens pacienciam custodiat ne co-
mota vento impaciencie et hoc
quod bene operata est amittat. Bene
autem hec eadem fossa unius cubi-
ti mensurari precipitur quia nimirum si pa-
ciencia non deseritur unitatis mensura
servatur. Unde et Paulus ait ad Galatas
6. Alter alterius onera portate
et sic adimplebitis legem Christi.
Lex quippe Christi est caritas uni-
tatis quam soli perficiunt qui et
cum gravantur non excedunt. Audiant
impacientes quod scriptum est
Prov. 16. Melior est paciens
viro forti et qui dominatur animo
suo expugnatore urbium. Ma-
gna est enim victoria urbium
quia extra sunt que subiguntur

valde aut maius est quod per pacienciam
vincitur / quia ipse a se animus sup-
atur et semetipsum sibimetipsi sub-
icit. Quando eum paciencia intus se fre-
nari compellit / studeant paci-
encie quod electis suis veritas dicit.
In paciencia vestra possidebitis
animas vestras. Sic enim conditi
mirabiliter sumus ut ratio animam et a-
nimam possideat corpus. Ius
enim anime corporis possessione repe-
llitur si non prius anima ratione
possideatur. Custodem igitur conditionis
nostre pacienciam dominus esse monstravit
qui in ipsa nos possidere nos-
metipsos docuit. Quanta ergo sit
impaciencie culpa cognoscimus per
quam et hoc ipsum amittimus pos-
sidere quod sumus. Audiant im-
pacientes quod per salomonem
rursus dicitur. Totum spiritum suum
profert stultus, sapiens autem
differt et reservat in posterum. Im-
paciencia quippe impellente agi-
tur ut totus foras spiritus proferatur
quem ideo citius perturbatio
eicit quia nulla ulterius disci-
plina sapiencie concludit
quia nulla ulterius disciplina
sapiencie concludit. Sapiens
aut differt et reservat in posterum
lesus enim in presenti ulcisci non
desiderat quia etiam tolerans
parci optat sed tamen iuste vindi-
cari omnia extremo iudicio non igno-
rat. Et ideo amonendi sunt pacie-
tes ne in eo quod exterius porta-
portant interius doleant ne tan-
te virtutis sacrificium quod integrum
foris immolant interius mali-
cie peste corrumpant et cum ab
hominibus non agnoscitur sub-
divina examinacione peccator ta-
to deterior culpa doloris fiat quan-
to sibi ante homines virtutis
speciem vendicat. Dicendum itaque
est pacientibus ut studeant di-
ligere quod sibi necesse tolerare
est ne si pacienciam dilectio non sequi-
tur in deteriorem culpam odii virtus
ostensa vertatur. Unde paulus cum
diceret ad Cor. 13. Caritas pa-
ciens est illico adiunxit beni-
gna est. Audeant hic quia quod
ex paciencia tolerat amare et ex be-
nignitate non cessat. Unde idem
doctor egregius cum pacienciam di-
scipulis suaderet dicit. Omnis ama-
ritudo et ira et indignacio et
clamor et blasphemia tollatur
a vobis. Quasi cunctis exterioribus
iam bene compositis ad interiora
convertitur dum subiungit. Cum omni ma-
licia. Quia nimirum frustra in-
dignacio clamor et blasphemia
ab exterioribus incorporat malici-
a dominatur et incassum foris nequicia
ex ramis incidit si surreptura
multiplicans intus in radice
servatur. Unde et per semetipsam veritas
dicit. Diligite inimicos vestros
benefacite hiis qui vos oderunt et
orate pro persequentibus et calumpni-
antibus vos. Virtus itaque est
coram hominibus adversarios tolle-
rare sed virtus coram deo dili-
gere quia hoc solum sacrificium
deus accipit quod ante oculos
eius in altari boni operis flamma

cautus intendit. Hinc est quod quibusdam
quibusdam patientibus
sed tamen diligentibus dicitur: Quid autem vi-
des festucam in oculo fratris tui et
trabem non vides in oculo tuo.
Perturbatio impatientiae festuca est, mali-
tia vero in corde trabes in oculo. Illam
namque aura temptationis agitat,
hanc autem consummata nequitia
pene immobiliter portat. Recte
vero illic subiungitur: Hypocrita, eice primum
trabem de oculo tuo et tunc videbis
eicere festucam de oculo fratris tui.
Ac si dicatur iniquae menti intus
dolenti et foris se patientem sanctitate
demonstranti: Prius a te molem
malitiae excute, et alios tunc de
impatientiae levitate reprehende, ne dum
non studes simulationem vincere, pe-
ius tibi sit aliena mala tole-
rare. Evenire etiam patientibus ple-
rumque solet ut eo quidem tempore quo
vel adversa patiuntur vel contume-
lias audiunt nullo dolore pulsentur
et patientiam exhibeant ut custo-
dire etiam cordis innocentiam non
obmittant, sed cum post paululum
haec ipsa quae pertulerunt ad memo-
riam revocant, igne se doloris
inflammant, argumenta ultionis
inquirunt et mansuetudinem quam
tolerantes habuerunt retractan-
tes in malitiam vertunt. Quibus
citius a praedicatore succurritur si quae sit
huius permutationis causa pandatur.
Callidus namque adversarius bel-
lum contra duos movet, unum vi-
delicet inflammans ut contumelias prior

inferat, alterum provocans ut contume-
lias laesus reddat. Sed plerumque
dum huius iam victor est qui illatam contu-
meliam persuasus irrogat, ab illo
vincitur qui illatam sibi aequanimi-
ter portat. Unius ergo ~~victor~~ victor
quem commovendo subiugat, tota
contra alterum virtute se erigit, eumque
obsistentem fortiter et vincentem
dolet. Quia ergo commovere in ipsa
contumeliarum iaculatione non potuit,
ab aperto interim certamine quiescit et se-
creta suggestione cogitationum late-
ntem aptum decipiendi tempus
exspectat. Quia enim publico bello
perdidit, ad exercendas occulte
insidias exardescit. Tranquillitatis
namque iam tempore ad victoris
animum redit et vel rerum damna
vel iniuriarum iacula ad memo-
riam reducit, cuncta quae sibi
illata sunt vehementer exaggerans
intolerabilia ostendit, tantoque moe-
rore mentem conturbat ut plerumque
vir patiens illa se aequanimiter
tolerasse post victoriam captivus
erubescat seque non reddidisse
contumelias doleat et deteriora
rependere si occasio praebeatur
quaerat. Quibus ergo isti sunt
similes nisi his quos in-
[illegible] languor a vita
non subtraxit sed leviter veniens
recidiva febris occidit. Admonen-
di sunt igitur patientes ut post
victoriam cor muniant ut ho-
stem publico bello superatum
moenibus mentis insidiantem attendant, ut
languorem plus repetitum timeant

ne hostis callidus eos in deceptione post mortem manentis exaltatione gaudeat ad quos ille victi contra se erigi tollerat victor calcat. Aliter benivoli

32. admonendi sunt aliter invidi.

Admonendi namque benivoli ut sic alienis bonis congaudeant quatenus habere et ipsa concupiscant; sic proximorum facta diligendo laudant ut ea etiam imitando multiplicent, ne si in hoc presentis vite stadio ad certamen alienum devoti fautores sed pigri conspectatores assistunt, eo post certamen sine bravio remaneant, quo nunc in certamine non laborant, et tunc eorum palmas afflicti respiciant, in quorum nunc laboribus ociosi perdurant. Valde quippe peccamus, si aliena bene gesta non diligimus, sed nil mercedis agimus, si ea que diligimus in quantum possumus non imitamur. Dicendum itaque est benivolis quia si imitari bona minime festinant que laudantes approbant, sic eis virtutum sanctitas sicut stultis spectatoribus ludicrarum artium vanitas placet. Illi namque aurigarum atque histrionum gesta favoribus efferunt, nec tamen tales esse desiderant quales illos esse conspiciunt quos laudant. Mirantur eos placita egisse, sed tamen vitant similiter placere. Dicendum est benivolis ut cum proximorum facta conspiciunt, ad semetipsos corda redeant, et de alienis actibus non presumant, ne bona laudent et agere recusent. Gravius quippe ultione feriendi sunt quibus placuit quod imitari noluerunt. Admonendi sunt invidi ut perpendant quante cecitatis sunt qui alieno profectu deficiunt, aliena exultatione contabescunt; quam infelices sunt qui in melioratione proximi deteriores fiunt, dumque augmenta aliene prosperitatis inspiciunt, apud semetipsos anxie afflicti cordis sui peste moriuntur. Quid istis infelicius quos dum conspecta felicitas afficit pena nequiores reddit? Aliorum vero bona que habere non possunt, si diligerent, sua fecissent. Sic quippe sunt cuncti in fide consistentes sicut multa membra uno in corpore, que diversa quidem per officium, sed sibi congruendo fiunt unum. Unde fit ut pes per oculum videat, et per pedes oculi gradiantur; auditus aurium oris lingue serviat, et lingue oris ad usum suum aurium auditus concurrat; venter manibus subsistat, et manus pro ventre operantur. In ipsa ergo corporis positione attendimus quod in actione servemus. Nimis itaque turpe est non imitari quod sumus. Nostra sunt quippe et si imitari non possumus que amamus in aliis, et amantium fiunt que amantur in nobis. Hinc ergo pensent invidi quante caritatis virtus est, que alieni operis labores opera nostra sine labore facit. Dicendum itaque est invidis quia dum se a livore minime custodiunt, in antiquam versuti hostis nequitiam demerguntur. De illo namque scriptum est: Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum. Quia enim celum ipse perdidit, hoc creato homini invidit, et dampnationem suam perditus adhuc

alios prodendo cumulant / Admonendi
sunt ut cogitent quantis lapsibus
succrescentes ruine subiaceant
quia dum livorem a corde non
proiciunt ad aperta operum nequicias
devolvuntur. Nisi enim cayn invidis-
set acceptam fratris hostiam minime
pervenisset ad extinguendam vitam
unde scriptum est Et respexit dominus
ad abel et ad munera eius Gen. 4
ad cayn vero et ad munera eius non
respexit iratusque est cayn vehementer
et concidit vultus eius livor itaque
sacrificii fratricidii seminarium fuit / Nam
quem meliorem se esse doluit
ne utcumque esset amputavit. Dicen-
dum est invidis quia dum ista se in-
tus peste consumunt et quicquid
aliud boni habere videntur inte-
rimunt unde scriptum est prov. 14 Vita
carnium sanitas cordis / putredo
ossium invidia Quid enim per carnes
nisi infirma et tenera et quid per
ossa nisi fortia acta signantur
Et plerumque contingit ut quidam
cum cordis sui innocentia in non-
nullis suis actibus infirmi videantur
quidam vero iam quedam ante
humanos oculos robusta exerceant
sed tamen erga aliorum bona intus in-
vidie peste tabescunt / Bene ergo
dicitur Vita carnium sanitas cordis
quia si mentis innocentia custo-
ditur et si qua foris infirma sunt
quandoque roborantur Et recte illic sub-
ditur putredo ossium invidia quia
per livoris vicium ante dei oculos pe-
reunt et que humanis oculis for-
cia videntur ossa quippe per invidiam
putrescere est quedam eciam robusta
deperire. Aliter simplices et impuri
a Admonendi sunt simplices ut
studeant nunquam falsa dicere

sed admonendi sunt ut noverint
nonnunquam veritatem reticere Sicut enim
semper falsa dicentem falsitas ledit i-
ta nonnunquam quibusdam au-
dita veritas nocuerit / Unde coram
discipulis suis dominus locucionem
suam silencio temperans ait
Multa habeo vobis dicere sed non
potestis ea portare Admonendi
sunt ergo simplices ut sicut fal-
laciam semper utiliter vitant / ita
veritatem utiliter semper proferant /
Admonendi sunt ut simplicitatis
bono prudenciam adiungant quatenus
sic securitatem de simplicitate pos-
sideant ut circumspectionem pruden-
cie non amittant hinc namque
per doctorem gentium dicitur ad Ro.
.12. Volo vos sapientes in bono
esse et bono simplices autem in
malo hinc electos suos per semet-
ipsam veritas admonet dicens Mt. 10.
Estote prudentes sicut serpentes
et simplices sicut columbe /
quia debet in electorum cordibus
et simplicitatem columbe astucia
serpentis acuere, serpentis astu-
ciam columbe simplicitas tempe-
rare quatenus nec seducti prudenciam
calleant nec ab intellectus studii
ex simplicitate torpescant Et e contra
admonendi sunt impuri ut quam
gravis sit culpa quam sustinent
duplicitatis labor agnoscant dum
enim deprehendi metuunt semper
improbas defensiones querunt
semper pavidis suspicionibus agitantur.
Nil autem est ad defendendum
puritate tucius nil ad dicendum
veritate facilius Nam dum fal-
laciam suam tueri cogitur duro

cor labore fatigetur. Hinc rursum dicitur
Labor labiorum ipsorum operiet eos. Quod
enim nunc implet tunc operit eos
quia eum per blandiciam inquietu-
dinem exercet tunc per eorum re-
tributionem premit. Hinc per prophetam dicitur Do-
cuerunt linguam suam loqui
mendacium ut inique agerent
laboraverunt. Dicitur/ Quasi aperte dicat
Cum amici veritatis esse sine
labore potuerint ut peccent laborant
cumque simplicitatem vivendo renuunt
laboribus exigunt ut moriantur
Nam plerumque in culpa deprehensi
dum quales sunt cognosci refugi-
unt sese sub fallacie velamine
abscondunt et hoc quod perpetrant
quod iam aperte cernitur excusare mo-
liuntur/ ita ut sepe qui eorum cul-
pas corrigere studet apposite falsi-
tatis nebulis seductus pene a-
misisse se videat quod de eis
iam tenebat/ Unde recte sub Iudee
specie per prophetam contra peccantem atque
excusantem se dicitur. Ibi habuit fove-
am ericius. Ericii quippe nomine
impure mentis seseque callide de-
fendentis duplicitas designatur.
quia videlicet ericius dum appre-
henditur eius et caput cernitur et pe-
des videntur et corpus omne conspicitur
sed mox ut apprehensus fuerit semet-
ipsum in speram colligit pedes intror-
sus subtrahit caput abscondit.
et intra tenentis manum totum si-
mul amittitur quod totum simul ante
videbatur. Sic nimirum impure men-
tes sunt cum in suis excessibus
comprehenduntur. Caput enim ericii
cernitur quia quo initio peccator
ad culpam accesserit videtur pedes
ericii conspiciuntur quia quibus
vestigiis nequitia sit perpetrata
cognoscitur et tamen adducta excusatione
subito impura mens introrsus col-
ligit pedes quia cuncta iniquita-
tis sue vestigia abscondit. Caput
abscondit quia miris defen-
sionibus nec inchoasse se aliquod
malum ostendit et quasi spera
in manu tenentis remanet
quia qui corripit cuncta que
iam cognoverat subito amittens
involutum intra conscientiam peccatorem
tenet et qui iam totum depre-
hendendo viderat tortitudine prave
defensionis illusus totum
pariter ignorat/ Foveam ergo habet eri-
cius in reprobis quia malitiose men-
tis duplicitas sese intra se col-
ligens abscondit in tenebris
defensionis. Audiant incarnatam veritatem
Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Fiducia
quippe magne securitatis est sim-
plicitas actionis. Audiant quod
ex ore dicitur sapientis Spiritus sanctus discip-
line effugiet fictum. Audiant
quod scriptura teste rursum perhi-
betur. Cum simplicibus sermocinatio
eius. Deo enim sermocinari est per
illustrationem sue presentie humanis
mentibus archana revelare. Cum
simplicibus ergo sermocinari dicitur quia
de supernis misteriis illorum mentes
radio sue visitationis illuminat
quas nulla umbra duplicitatis
obscurat/ Est autem speciale dupli-
cium malum quia dum perversa et
duplici actione ceteros fallunt quasi
pre ceteris se gloriantur
prudentes/ et quia districtionem

ut buccinis nec considerant de damp-
nis suis [illegible] condoleat audiunt
aut quod super elatos quosque propheta Sophonias
diem domini ad animadversionem intentat
dicens Sophonie I. Ecce dies domini ve-
nit magnus et terribilis dies ire di-
es illa dies tenebrarum et caliginis
dies nebule et turbinis dies tu-
be et clangoris super omnes civita-
tes munitas et super omnes angulos
et excelsos. Quid enim per munita-
tes civitates exprimuntur nisi suspec-
te mentes et fallaci defensione
semper circumdate que quotiens earum
culpa corripitur veritatis ad ia-
cula non admittunt. Et quid per ex-
celsos angulos duplex [illegible] in an-
gulis paries quod per angulos pari-
etes nisi impura corda signantur
que dum veritatis simplicitatem fugi-
unt ad semetipsa quodammodo du-
plicitatis perversione replicantur et quod
est deterius apud cogitationes suas
in fastu prudentie contra se cul-
pe improbitatis extollunt. Dies
ergo domini vindicte atque animadver-
sionis plena super omnes civitates
munitas et super omnes angulos
excelsos venit quia ira extremi
iudicii et munita corda et defensionibus
contra veritatem clausa destruit et
duplicitatis involuta dissolvit. Tunc
enim munite civitates cadunt quia
mentes deo impenetrabiles dam-
pnabuntur. Tunc excelsi anguli cor-
ruunt quia corda que se per im-
puritatis prudentiam erigunt per iu-
stitie sententiam sternuntur. Aliter
incolumes et egri etc.
a. Admonendi sunt incolumes

ut salutem corporis exerceant
ad salutem mentis ne si acce-
pere incolumitatis gratiam ad usum
nequicie inclinant dono dete-
riores fiant et eo post mo-
dum supplicia graviora mereantur
quo nunc largioribus bonis
dei male uti non metuunt.
Admonendi sunt incolumes ne
opportunitatem salutis imperpetuum
promerende despiciant. Scriptum
namque ad Cor. VI. Ecce
nunc tempus acceptabile
et nunc dies salutis. Admonendi sunt
ut placere deo si cum possunt
cum voluerint sero non po-
ssint, sicut e contra quos post sa-
pientia deserit quos prius diu
renuentes vocavit dicens Prover.
I. Vocavi et renuistis exten-
di manum meam et non fuit
qui aspiceret despexistis omne
consilium meum et increpationes
meas neglexistis. Ego quoque
in interitu vestro ridebo et sub-
sannabo cum vobis quod time-
batis advenerit. Et rursum
Tunc invocabunt me et non
exaudiam mane consurgent
et non invenient me. Salus
itaque corporis que ad bonum ope-
randum accepta despicitur quanti
sit muneris post amissa
sentitur et infructuose ad ultimum
queritur congruo concessa tempo-
re utiliter non habetur. Unde per Salo-
monem rursum dicitur Prover. V. Ne
des alienis honorem tuum
et annos tuos crudeli ne for-
te impleantur extranei viribus tuis

et labores tui sint in domo a-
lieni et gemas in novissimis
quando consumpseris carnem et
corpus tuum. Extranei namque a-
lienis viribus sunt nisi ma-
ligni spiritus qui a viribus celestis
sunt patrie foras expulsi. Extraneus
non honor tuus est nisi quos
et in luteis corporibus conditi
ad conditoris eius nos sumus yma-
gine et similitudine creati.
Nec quis alius crudelis est
nisi ille apostata angelus qui
et semetipsum superbiendo pena
mortis perculit et infirmitate morte
humano generi etiam perditus non
pepercit. Honorem itaque suum alie-
nis dat qui ad dei ymaginem
ac similitudinem conditus vite
sue tempora malignorum spirituum vo-
luptatibus administrat. Annos
et suos crudeli tradit qui
ad voluntatem male dominantis
adversarii acceptum domini benedi-
ctionis spatium expendit. Sibi etiam
ubi subditur: Ne forte imple-
antur extranei viribus tuis et la-
bores tuos sint in domo ali-
ena. Extranei viribus eius per accep-
tam valitudinem corporis per ali-
bertatem sibi propria mentis in-
quantum(?) accendis ventribus sed potius
viribus eius vitiis elaborat. Ita
quam suis laboribus sua domus
per demonorum habitaculis immundorum
spiritum fieri multiplicat. Nimirum
vel luxuriando vel superbi-
endo agens ut etiam se addicto
pro dictare in inimicus crescat. Unde
autem subditur: et gemas in no-
vissimis quando consumpseris carnes tuas et
corpus tuum. Quod est perdita salus
corporis qua perdit. Sed
repente subtrahitur eum molestiis
ante attritum eum iam gemendo anima
urgetur dum male vitam quam ad-
huc vivendo salus dimissa requirit
et tunc gemunt homines quod de-
sinere voluerunt quod sua negligentie
recuperare sinendo nequaquam possunt.
Unde alias dicitur: Cum occideret eos
querebant eum. Et tamen amodo
sunt egri ut eos sic dei filios fa-
ciant quos alias discipline flag-
ella castigant nisi eum corrective
hereditatem dare disponit. Unde
eos in protinus non eruditur hic
namque ad prophetam dicitur per angelum
dicitur Apok. 3. Ego quos amo ar-
guo et castigo. Hinc rursum scriptum
est: Fili mi noli negligere discip-
linam domini neque fatigeris cum ab
eo argueris, ad Heb. 12. Quem
enim diligit dominus castigat flage-
llat autem omnem filium quem re-
cipit. Hinc per psalmistam ait in psalmo 33
Multe tribulaciones iustorum. Hinc
beatus quoque Job 10. Si iustus
fuero non levabo caput saturatus
afflictione et miseria. Dicendum est
egris ut si celestem patriam
suam credunt necesse in hac la-
bores velud in aliena patiantur.
Hinc namque est ut lapides extra
tunsi sunt ut in constructione
templi domini absque ab sonitu mallei
ponerentur quia videlicet nunc
foris per flagella tundimur qua-
tinus intus in templum dei per manum

sine discipline percussione dispon-
antur quibus quidquid in nobis est
supplicium / nostra percussio respicit
et tamen sola nos in edificacionem
cordium caritas liget / Admonendi
sunt egri ut considerent pro percipien-
dis terrenis hereditatibus quam dura
carnalis filios discipline flage-
lla castigat. Quod ergo nobis
divine correctionis pena gravis
est per quam et numquam amittenda here-
ditas percipitur et permansura suppli-
cia vitantur. Hinc etenim Paulus ait
Ad hebre. 12. Patres quidem carnis
nostre habuimus eruditores et reverebam-
ur eos. Nam multo magis ob-
temperabimus patri spirituum et vivemus et
illi quidem in tempore paucorum dierum
secundum voluntatem suam erudiebant nos
hic autem ad id quod utile est in recipiendo
sanctificacionem eius. Admonendi sunt egri
ut considerent quanta salus sit cordis
molestia corporalis que ad cognicionem
sui mentem revocat / et quam plerumque
salus abicit infirmitatis memoria
reformat ut animus qui extra se in e-
lacionem ducitur cui sit condicioni
subditus ex percussa quam sustinet
carne memoret. Quod recte per Ba-
laam si tamen vocem dei sequi
obediendo voluisset in ipsa eius i-
tineris retardacione signatur. Ba-
laam namque ad propositum pervenire
tendit sed eius votum animal cui
presidet prepedit / prohibicione quippe
immorata asina angelum videt
quem humana mens non videt quia
plerumque caro per molestias tarda fla-
gello suo menti deum indicat / quem

humana mens ipsa carni preside-
ns videbat ita ut anxietatem spiritus
proficientis in hoc mundo tamquam ve-
lud iter tendentis impediat
donec ei invisibilem qui sibi
obviat innotescat. Unde bene
per Petrum dicitur correpcionem habuit sue
vesanie subiugale mutum quod in
hominis voce loquendo prohibuit
prophete insipienciam. Insipiens quippe
homo a subiugali muto corripitur
quando humana mens humilitatis bonum
quod tenebat ab afflictione carnis
memorat. Sed huius correctionis donum
ideo Balaam non obtinuit quia
ad maledictionem pergens vocem non
mentem mutavit / Admonendi sunt
egri ut considerent quanta sit munus
molestia corporalis / que et admi-
ssa peccata diluit / et ea que poterant
admitti compescit que sumpta
ab exterioribus plagis concusse men-
ti penitencie vulnera infligit / Unde
scriptum est Prov. 20. Livor vulneris
absterget mala et plage in secre-
cioribus ventris. Mala enim livor
vulneris absterget quia flagellorum
dolor vel cogitata vel perpetra-
ta mala diluit. Solet vero
ventris appellacione mens accipi
quia sicut venter consumit escas
ita mens pertractando excoquit
curas. Quia enim venter mens
dicitur ea sententia qua scriptum est Prov.
20. Lucerna domini spiraculum hominis
que investigat omnia secreta
ventris. Ac si dicat divini affla-
tus illuminacio est cum iam men-
tem hominis venit eam sibi
metipsi illuminans ostendit que an-

si spiritus ad ventura cogitationes
trahitur et parvi corporis potest experi-
entiae moestitiae erat livor quoque vulneris
abstergit mala et plagae in secre-
tioribus ventris. quia cum exterius
percutimur peccatorum more in memoriam
taciti afflictique revocamur, atque
ante oculos nostros cuncta quae a
nobis sunt male gesta reducimus
et per hoc quod patimur foris magis intus
quod fecimus dolemus. Unde fit ut inter
aperta vulnera corporis amplius
nos abluat secreta plaga ven-
tris, quia sanat nequitias pravi
operis occultum vulnus doloris.
Admonendi sunt aegri quatenus pa-
tientiae virtutem servent incessanter
considerent quanta redemptor noster ab his quos
creaverat pertulit mala, considerent
quot abjecta opprobriorum convicia susti-
nuit, quot de manu antiqui hostis
captivorum animas cotidie rapi-
ens insultantium alapas
accepit, qui aqua nos salutis
diluens a sputis perfidorum faciem
non abscondit, qui ad aeterna sua
nos aeterna supplicia liberans
tacitus flagella toleravit, qui
angelorum choros perennes nobis
honores tribuens colaphos per-
tulit, qui a peccatorum nos punctionibus
salvans spinis caput subponere
non recusavit, qui aeterna nos dulce-
dine inebrians in siti sua fel-
lis amaritudinem accepit, qui
pro nobis patrem quamvis deum esse
aequalis adoraret, sub irrisione
adoratus tacuit, qui vitam mor-
tuis praeparans usque ad mortem ipsa

vita pervenit. Cur ergo asperum creditur
ut a deo homo tolleret flagella pro
malis, si tanta deus pro hominibus
pertulit mala pro nobis? aut quis
sana intelligentia de percussione sua
ingratus existit, si ipse hinc sine
flagello non exiit qui hic sine
peccato vixit. Aliter flagella timentes
et in iniquitate durantes.

Secundum namque e flagella 3
timentibus ut et bona temporalia
nequaquam pro magno desiderent quae
adesse etiam pravis videant et mala
praesentia nequaquam velut intolera-
bilia fugiant, quibus plerumque
etiam bonos affici non ignorant.
Admonendi sunt ut si mala veraciter
carere desiderant aeterna supplicia per-
timescant, nec tamen in hoc suppliciorum
timore remaneant, sed ad amoris
gratiam nutrimento caritatis excrescant.
Scriptum quippe est i. Johannis 4:
perfecta caritas foras mittit timorem.
Et rursum scriptum est ad Romanos 8:
Non accepistis spiritum servitutis iterum
in timorem, sed accepistis spiritum ad-
optionis filiorum, in quo clamamus
abba pater. Unde idem doctor dicit:
Ubi spiritus domini, ibi libertas. Si igitur
adhuc a prava actione formidata
pena prohibet, profecto formidantis
animum nulla spiritus libertas tenet.
Nam si penam non metueret,
culpam procul dubio perpetraret.
Ignorat itaque mens gratiam li-
bertatis, quam ligat servitus timo-
ris. Bona enim pro semetipsis
amanda sunt, non penis com-
pellentibus exsequenda. Nam qui
propterea bona facit quia tormentorum

tormentorum mala metuunt velut non
esse quod metuunt ut audiunt
alienata quiescat. Unde bene clausus
constat quod ceterum dies in nocturna
amittitur. Cum eius oculos desiderio
peccati. Et contra hii quos ab
iniquitate nec flagella compescunt
tanto atrocius verberibus feriendi
sunt quanto maiori insensibilitate
duruerunt plerumque enim sine de-
dignacione dedignandi sunt sine
desperacione desperandi ita dumtaxat
at ut et cuncti desperacio formidetur
ingerat et submota admonicio
ad spem reducat / districtius itaque
contra illos divine sentencie pro-
merendi sunt / ut ad cognicionem sui
consideracione eorum animadversione revo-
centur / audiant enim in se repletum
esse quod scriptum est prov. 27. Si contunde-
ris stultum in pila quasi ptisanas fe-
riente / desuper pilo non auferetur ab
eo stultitia eius. Contra hos
propheta conqueritur dicens Jer. 5.
Attrivisti eos et renuerunt disci-
plinam suscipere. Hinc est quod dominus per Jere-
miam. Interfeci et perdidi populum meum et
tamen a viis suis non sunt reversi. Hinc
rursus ait populus non est reversus
ad percucientem se ysa. 10. Hinc vo-
ce flagellantium conqueritur propheta
dicens Jer. 51. Curavimus babilonem
et non est curata / babilon quippe
curatur sed non ad sanitatem reducitur
quando mens in prava actione confusa
verba correpcionis / audit flagella
correpcionis percipit et tamen ad vitam sa-
lutis iterum redire contempnit. Hinc

captivos replicans propheta nec tamen ab
iniquitate compescitur, unde dominus conqueritur dicens
Eze. 22. Versa est mihi domus Israel
in scoriam omnes isti es et stannum
ferrum et plumbum in medio fornacis
ac si aperte diceret purgare eos igne
tribulacionis volui et argentum illos
vel aurum fieri quesivi sed in forna-
ce mihi in es stannum ferrum et plu-
mbum versi sunt quia non ad melio-
rem sed ad vicia etiam in tribulacione
prorumpunt. Es quippe dum percuci-
tur amplius metallis ceteris so-
nitum reddit. Et ideo qui in percu-
ssione positus erumpit in soni-
tum murmuracionis in es versus
est in medio fornacis. Stan-
num quippe cum ex arte componitur
argenti speciem mentitur. Qui ergo
simulacionis vicio non caret in
tribulacione stannum factus est in
fornace. Ferrum autem utitur qui
contra proximi insidias. Ferrum itaque
in fornace est qui nocendi
maliciam non amittit in tribu-
lacione. Plumbum quoque ceteris
metallis est gravius. In for-
nace ergo plumbum invenitur
qui sic peccati sui pondere premitur
ut etiam in tribulacione positus
a terrenis desideriis non levetur.
Hinc rursum scriptum est Eze-
ch. 24. Multo labore sudatum
est et non exivit ex eo rubigo
nimia eius neque per ignem. Igne
quippe nobis tribulacionis ad-
monet ut in nobis rubiginem
viciorum purget sed nec rubigine

pigre amantur quod et flage-
lla vero non carent. Hinc per propheta-
tam dicitur Je. 6. Frustra conflavit co-
flator malicie eorum non sunt co-
sumpte. Secundum non est quod no-
nnunquam cum inter flagella dimicant
remanent incorrecti dulci sunt
ad monicione mulcendi. Et quos
enim cruciamenta non corrigunt
nonnunquam a benignis actibus
lenia blandimenta compescunt. Et
plerumque egros quos fortis
pigmentorum potio curare non va-
lent, ad salutem pristinam [struck]
temperata aqua revocavit, et
non nulla vulnera que curari
nequeunt incisione, fomentis
olei sanantur, et durus adamas
incisione ferri minime recipit,
sed leni hyrcorum sanguine mollescit.

Alias taciti et verbosi multiloqui

7 [A]dmonendi vero sunt nimis
taciti quia debet quia dum que-
dam vicia incaute fugiunt occu-
lte deterioribus implicantur. Nam sepe
linguam quia immoderatius fre-
nant in corde gravius multilo-
quium tollerant ut eo plus co-
gitaciones in mente ferveant, quo
illas violenta custodia indiscre-
ti silencii angustat, que plerum-
que tanto lacius defluunt quanto
securiores se esse estimant, quia
foris a reprehensoribus non videntur.
Unde nonnunquam mens in superbiam
extollitur et quos loquentes
audit quasi infirmos despicit. Cum-
que os corporis claudit quantum
se viciis superbiendo aperiat non
agnoscit, linguam enim premit

mentem elevat, et cum suam nequiciam
minime considerat tanto apud se cunc-
tos liberius quanto et secrecius ac-
cusat. Admonendi sunt ergo nimis
taciti ut scire sollicite studeant
non solum quales foris ostende-
re, sed et quales se debeant intus
exhibere, ut plus occultum iudi-
cium de cogitacionibus reprehen-
sione metuant proximorum. Scriptum
est namque Prov. v. Fili mi attende
sapienciam meam et prudencie mee
inclina aurem tuam ut cogitaciones
custodias. Nil quippe in nobis
est corde fugitivius, quod a nobis
quociens recedit quociens per
pravas cogitaciones defluit. Hinc
et enim psalmista ait in psalmo 39 Cor
meum dereliquit me. Hinc ad
semetipsum rediens dicit ij Reg. vij.
Invenit servus tuus cor suum
ut oret te. Cum ergo cogitacio
per custodiam restringitur cor quod
fugere consueverat invenitur.
Plerumque autem nimis taciti cum
nonnulla iniusta paciuntur eo in a-
criorem dolorem prodeunt quo
ea que sustinent non loquuntur.
Nam si illatas molestias tran-
quille lingua diceret, mens ag-
sac dolore aliena maneret,
vulnera enim clausa plus cruciant.
Nam cum putredo que interius
fervet eicitur ad salutem cor-
poris dolor aperitur. Scire igitur
debent qui plus quam expedit
tacent, ne inter molestias quas
tollerant dum linguam tenent
vim doloris exaggerent. Admonen-
di sunt ut proximos sicut se
diligant minime illis taceant

Unde eos iuste reprehendunt voces cum meditatione vetitam salutis concurritur dum et ab illo qui infert iniurie pena compescitur et ab hoc qui sustinet doloris furor ullo apto temperatur. Qui cum plerumque mala conspiciunt et tamen in silencio linguam premunt quasi appositis vulneribus medicamina subtrahunt et eo mortis auctores fiunt quo virus quod poterant eicere noluerunt. Lingua itaque discrete frenanda est non insolubiliter obliganda. Scriptum namque est Ecc. 20 Sapiens tacebit usque ad tempus ut nimirum cum oportunum considerat postposita censura silencii loquendo que congruunt in usum se utilitatis impendat. Et rursum scriptum est Ecc. 3 Tempus tacendi tempus loquendi. Discrete quippe vicissitudinum pensanda sunt tempora ne aut cum restringi lingua debet per verba inutiliter defluat aut cum utiliter loqui potest semetipsam pigre restringat. Quod bene psalmista considerans ait Pone domine custodiam ori meo et hostium circumstancie labiis meis. Non enim poni ori suo parietem sed hostium petit quod videlicet aperitur et clauditur. Unde et caute nobis discendum est quatenus os discretum et congruo tempore vox aperiat et rursum congruo taciturnitas claudat. At contra admonendi sunt multiloquio vacantes ut vigilanter aspiciant a quanto rectitudinis statu depereant dum per multiplicia verba

dilabuntur. Humana etenim mens aque more circumclusa ad superiora se colligit quia illud repetit unde descendit et relaxata deperit quia se per infima inutiliter spargit. Quot enim supervacuis verbis a silencii sui censura dissipatur quasi tot rivis extra se ducitur. Unde et redire interius ad sui cognicionem non sufficit quia per multiloquium sparsa a secreto se intime consideracionis excludit. Totam vero se insidiantis hostis vulneribus detegit quia nulla se municione custodie circumcludit. Unde scriptum est Sicut urbs patens et absque murorum ambitu ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quia enim murum silencii non habet patet inimici iaculis civitas mentis et cum se per verba extra semetipsam eicit apertam se adversario ostendit. Quam tanto ille sine labore superat quanto et ipsa que vincitur contra semetipsam per multiloquium pugnat. Plerumque autem quia per quosdam gradus desidiosa mens in lapsum casus impellitur dum ociosa verba cavere negligimus ad noxia pervenimus ut prius loqui aliena libeat postmodum detractionibus eorum vitam de quibus loquimur mordeat ad extremum vero usque ad apertas lingue contumelias erumpat. Hinc seminantur stimuli oriuntur rixe accenduntur faces odiorum pax extinguitur

cordium unde per salomonem dicitur pa-
ra. xvii dimittit aquam caput
est iurgiorum aquam quippe di-
mittere est linguam in fluxum e-
loquii relaxare. Et xviii contra
in bona etiam parte dicitur aqua
profunda verba ex ore viri iusti
xvii igitur dimittit aquam caput
est iurgiorum quia qui linguam
non refrenat concordiam dissi-
pat unde ecclesiastici capitulo xx
in ponit stulto silencium mali
mitigat iras aut multiloquio
quamvis prudens linguam frenare
nequiunt rectitudinem iusticie te-
nere nequaquam possunt testatur
propheta qui ait vir linguosus
non dirigetur in terra unde salo-
mon item dicit proverbiorum x In multiloquio
peccatum non deerit unde ysayas
ait cultus iusticie silencium
iudicans videlicet quia mentis iusticiam
desolat qui ab inmoderata locu-
cione non parcitur unde Jacobus
dicit si quis putat se religiosum
esse non refrenans linguam suam
sed seducens cor suum huius vana
est religio unde idem Jacobus ait pri-
mo sit omnis homo velox ad
audiendum tardus autem ad lo-
quendum unde item lingue venenose
sermones adiungit Inquietum ma-
lum plena veneno mortifero
unde prosper contemplativam nos vitas
amonet dicens capitulo x. Omne verbum
ociosum quod locuti fuerint homi-
nes reddent de eo in die iudicii ociosum
quippe verbum est quod aut racione
iuste necessitatis caret aut intencione

pie utilitatis. Si igitur verbis de ociosis sermo-
gregorius perpendimus quia pena multi-
loquii maneat in quo eciam
noxia verba peccatum // Alii accidi-
osi sunt pigri alii precipites Il-
li namque suadenda sunt neque
agenda sunt bona diu differunt
amittant isti non amodo sunt
ne dum bonorum temporibus ymmo ante
festinando preveniunt corruunt
in amittent pigris ita quod in cura-
dum est quod semper dum operis age-
quod possimus volumus paulo
post cum volumus non valemus ipsa
quippe mentis desidia dum contig-
nis fervore non attenditur a bonorum
desideriis funditus qualescumque
forcium corpore maculatur unde aperte
per salomonem dicitur pigredo immit-
tit soporem [illegible] cum vere
sonando qua vigilat quamvis
in bona operando corpus stat sed pigredo
soporem immittere dicitur quia pa-
ulatim eciam recte sonandi vi-
gilanciam amittit dum ab bona opera-
di studio cessat ubi recte dissoluta
subiungitur et anima dissoluta esuriet
Nam quia ad superiora se stringen-
do non dirigit neglectam se in-
ferius per desidia corpore audit et dum
sublimioris studiorum angustiis non co-
stringitur cupiditatis in fame sauci-
atur ut quo se per disciplinam
ligare dissimulat eo se esuriens
per voluntatem desideria spargat.
unde ab eodem iterum salomone
dicitur proverbiorum 21 In desideriis est omnis
ociosus unde apud vitas patrum dicitur
et unus quidem demon temptat
monachum dicitur demonibus dicitur sed multiplicibus

videntur dum vacat occupari prolixe
quod pigri dum necessaria agere negligunt
quedam sibi difficultatis opponunt
quedam · que non in ipso torpescat
quedam non in tante formidat
et dum quasi invenit quod ve-
lud ipse metuat / studet quod
modo quasi non in ipso torpe-
stat Contra quod per salomonem dicitur
proverbiorum 20 · propter frigus piger ara-
re noluit · mendicabit ergo estate
et non dabitur ei / propter frigus
piger non arat dum desidie tor-
pore constrictus agere que debet bo-
na dissimulat / propter frigus piger arat
dum parva ex adversa mala me-
tuit et operari maxima pretermittit
Bene autem dicitur mendicabit ergo estate
et non dabitur ei Quia qui nunc in
bonis operibus non desudat cum
iudicii ferventior apparuerit quia
frustra regni aditum postulat
nil accipiens estate mendicat
Bene eis hinc rursum per eundem
salomonem dicitur Qui observat ve-
ntum non seminat et qui considerat
nubes numquam metit Quid enim
per ventum nisi malignorum spirituum
temptatio exprimitur Et quid
per nubes que moventur a vento
nisi pravorum hominum adversitates
designantur Ventis videlicet impelluntur
nubes quia immundorum spirituum
afflatu pravi excitantur homines Qui
ergo observat ventum non seminat
et qui considerat nubes numquam me-
tet quia quisquis temptationem
spirituum malignorum quisquis perse-
cutionem pravorum hominum metuit nec
nunc semen boni operis seminat nec
tunc manipulos sancte retributionis
secat At contra precipites dum bene
agendi tempus preveniunt meritum
pervertunt et sepe in malis corruunt
dum mala minime discernunt que non
quando que agunt inspiciunt
sed peracta quia acta non debue-
runt agere agnoscunt Quibus sub au-
ditoris specie apud salomo-
nem dicitur Ecclesiastici 33 fili sine consilio
nil facias et post factum non penite-
bis Et rursum proverbiorum 3 palpebre
tue precedunt gressus tuos / pal-
pebre quippe gressus precedunt
cum operationem nostram consilia recta preve-
niunt Qui enim negligit considerando
previdere quod facturus est gressus ten-
dit oculos claudit pergendo iter
conficit sed previdendo sibimetipsi
non antecedit atque ideo citius
corruit quia quo pedem operis
ponere debebat per palpebram consilii
non attendit // Aliter mansueti
et iracundi sunt admonendi etc

Mansueti namque in mansueti- 30
cum presunt patiuntur et quasi
nimio potius torporem desidie
patiuntur et plerumque ex nimia re-
solutionis lenitate ultra quam
necesse est vigorem districtionis
emolliunt Et contra iracundi
regiminis loca percipiunt quo
in precipitatione ipsa in mentis
vel animi volunt et
subditorum vitam dissipant quia
ab tranquillitatis confundunt et
nos cum furor agit in preceps
ignorant irati faciunt quod

quod accensis ipsis irati patiuntur. Illo-
rum namque velud quod est gravius iram
suam stimulum iusticie sive zelum
putant, et cum vicium virtus esse cre-
ditur sine metu culpa cumulatur.
Sepe ergo mansueti dissolucionis
torpescunt ocio. Sepe iracundi
rectitudinis falluntur zelo. Illorum ergo
virtuti vicium latenter adiungitur,
his autem suum vicium quasi fer-
vens virtus videtur. Admonendi sunt
igitur illi ut fugiant quod iuxta ipsos
est, isti quod in ipsis est attendant.
Illi quod non habent discernant, isti quod
habent amplectantur. Mansueti per-
sollicitudinem corripiant. Deponant
iracundi perturbacionem. Admonendi
sunt mansueti ut habere et emu-
lacionem iusticie studeant. Admonendi
sunt iracundi ut emulacioni quam
se habere estimant mansuetudinem
subiungant. Idcirco namque Spiritus Sanctus
in columba est
et igne monstratus, Luce 3, quia
omnes quos implet et co-
lumbe simplicitate mansuetos et igne
zeli ardentes exhibet. Nequaquam
ergo Spiritu Sancto plenus est qui
aut in tranquillitate mansuetudinis
fervorem emulacionis deserit
aut rursum in emulacionis ardore
virtutem mansuetudinis amittit.
Quod fortasse melius ostendimus
si in medium Pauli magisterium pro-
feramus qui duobus discipulis et non
diversa caritate dicat dispari
ad intonandam predicacionem impendit.
Thymotheum admonens ait: Argue

obsecra in omni paciencia et doctrina. Ti-
tum quoque admonet dicens: Ad Titum 2.
Hec loquere et exhortare et argue
cum omni imperio. Quid est quod
tanta arte dispon-
sat ut in exhibendo alteri imp-
erium atque alteri pacienciam proponat,
nisi quod mansuecioris spiritus Thymoteum,
et ferventioris vidit esse Thytum?
Illum per emulacionis studium inflam-
mat, hunc per lenitatis pacienciam temperat.
Illi quod deest adiungit, huic quod super-
est subtrahit. Illum stimulo impelle-
re nititur, hunc freno moderari. Magnus
quippe suscepte ecclesie colonus a-
lios palmites ut crescere debeant
rigat, alios cum plus iusto cre-
scere conspicit resecat, ne aut non
crescendo quos proferunt amittant.
Sed longe aliud est ira que
sub emulacionis specie surripit,
aliud que perturbatum cor et sine
iusticie pretextu confundit. Illa enim
in hoc quod debet inordinate exce-
dit, hec autem semper in hiis que non
debet inflammatur. Sciendum
quippe est quod in hoc ab impacien-
tibus iracundi differunt quod illi
ab aliis illata non tolerant,
isti autem etiam que tollerantur non prebent.
Nam etiam iracundi sepe declina-
tes se insequuntur ~~rixe~~ rixe occa-
sionem commovent, labore conten-
cionis gaudent. Quos tamen melius
corrigimus si in ipsa ire sue mo-
cione declinamus. Perturbati quippe
quid audiant nesciunt, sed ad se reducti
tanto libencius exhortacionis

ubi recipiunt quanto se tranquillius tole-
ratos esse cognoscunt. Mens autem
furore ebria omne rectum quod dici-
tur perversum videtur. Unde et Nabal ebri-
i culpam suam Abigail lauda-
biliter tacuit quam digestio vini
laudabiliter dixit. 1. Reg. 25. Ideo
enim malum quod fecerat agno-
scere potuit quia hoc quod dixit e-
brius non audivit. Cum vero ita
iracundi alios impetunt ut de-
clinari omnino non possint non aperta ex-
probratione sed sub quadam sunt
cautela reverentiae parcendo feri-
endi. Quod melius cognoscimus si
Abner factum ad medium deducamus.
2 Reg. 2. Hunc itaque cum Asahel
vi incautae praecipitationis perse-
queretur scriptum est: Locutus est Abner
ad Asahel dicens: Recede, noli me per-
sequi ne compellar confodere te in
terra. Qui cum audire contempsisset et
noluit declinare percussit eum
Abner aversa hasta in inguine et
transfodit eum et mortuus est.
Cuius enim Asahel typum tenuit
nisi eorum quos vehementer arripi-
ens furor in praeceps ducit. Qui in
eodem furoris impetu tan-
to caute declinandi sunt quanto
insane rapiuntur. Unde et Abner
qui sermone nostro lucerna patris dici-
tur fugit quia doctorum lingua quae
supernum Dei lumen indicat cum
per abrupta furoris mentem cuius-
piam ferri conspicit cumque cont-
ra irascentem dissimulat verborum
iacula reddere quasi persequentem
non vult ferire. Sed cum iracundi
nulla se consideratione mitigant
quasi Asahel persequi et insanire
non cessant, necesse est ut hi qui
furentes reprimere conantur
nequaquam se in furorem erigant
sed quicquid est tranquillitatis osten-
dant, quaedam vero subtiliter profe-
rant in quibus ex obliquo furentis
animum pungant. Unde et Abner
cum contra persequentem substi-
tit non eum recta sed aversa
hasta transfodit. Ex mucrone
quippe percutere est impetu aper-
tae increpationis obviare, aversa
vero hasta persequentem ferire est
furentem tranquille ex quibusdam
tangere et quasi ~~perc....~~ parcendo superare.
Asahel autem protinus occumbit quia
commotae mentes dum parci sibi
sentiunt et tamen responsionis ratio-
ne in intimis sub tranquillitate tan-
guntur ab eo quod se erexerant statim
cadunt. Qui ergo a furoris sui im-
petu sub lenitatis percussione re-
siliunt quasi sine ferro moriuntur.
¶ Aliter humiles aliter elati sunt admonendi. — De amonicione humilium
Illis insinuandum est quam vera
sit excellentia quam sperando
tenent, istis non intimandum
quam sit nulla temporalis glo-
ria quam et amplectentes non
tenent. Audiant humiles quam
sunt aeterna quae appetunt, audi-
ant elati quam transitoria sunt
quae ambiunt, quam aeterna quae
perdunt. Audiant humiles ex
ore Veritatis. Luce. 18.
Omnis qui se humiliat exalta-
bitur. Audiant elati. Prov. 16.

omnis qui se exaltat humiliabitur.
Audiant humiles: prov. 12. Gloriam
precedit humilitas. Audiant elati
prov. 16. ante ruinam exaltatur
spiritus. Audiant humiles Ec. 10
Ad quem respiciam nisi ad humilem
et quietum et trementes sermones meos.
Audiant elati idem: Quid su-
perbis terra et cinis. Audiant humiles
Psalmo c. 3. Deus humilia respi-
cit. Audiant elati in eodem ps.
et alta a longe cognoscit. Audiant
humiles Mt. 21. Quia filius
hominis ministrari non venit sed
ministrare. Audiant elati Ecc.
10. Quia initium omnis peccati super-
bia. Audiant humiles ad Phil. 2.
Quia redemptor noster humiliavit
semetipsum factus obediens usque
ad mortem. Audiant elati quid
de eorum capite scriptum est: Ipse est
rex super omnes filios superbie.
Occasio igitur superbie perditionis nostre
facta est superbia diaboli, et argumen-
tum redemptionis nostre inventa
est humilitas dei. Hostis enim
|| [illegible] noster inter omnia conditus videri
super omnia voluit elatus. Re-
demptor autem noster magnus
manens super omnia, fieri inter
omnia dignatus est parvus. Di-
catur autem humilibus quia dum
se deiciunt ad dei similitudinem
ascendunt. Dicatur elatis quia
dum se erigunt in apostate
angeli imitationem cadunt. Quid
itaque elatione deterius, que
dum super se tenditur ab altitu-
dine vere celsitudinis elongatur.

Et quid humilitate sublimius, que
dum se in yma deprimit, auctori
suo manens super summa coniungitur.
Et est tamen aliud quod in eis
debeat caute pensari, quia sepe
humilitatis decipiuntur specie nonnulli,
vero elationis sue ignorantia fal-
luntur. Nam plerumque nonnullis
sibi humiles videntur inest qui ho-
minibus deferri non debet coniunctus
et timor. Plerumque vero elatis co-
mitatur sonat libere vocis asser-
tio, et cum quedam increpanda
sunt, contra illa ex timore reticent,
se estimant ex humilitate. Isti locu-
tionem impatientiam elationis esse loqui
se credunt per libertatem rectitudinis.
Illos ut prava non increpent sub
specie humilitatis premit culpa formi-
dinis. Istos ad increpanda que
non debent aut magis increpan-
da quam debent sub ymagine
libertatis effrenatio impellit ti-
moris. Unde et elati ammonendi sunt
ne plus quam decet sint liberi,
et humiles ammonendi sunt ne plus
quam expedit sint subiecti, ne
aut illi defensionem iustitie vertant
in exercitationem superbie, aut isti cum
student plus quam necesse est
hominibus subiecti appellantur. Eorum
etiam vitia venerari. Considerandum
vero est quod plerumque elatos velius
corrigimus si eorum correptionibus
quedam laudum fomenta misce-
mus. Inferenda namque illis sunt
aut aliqua bona que in ipsis
sunt, vel certe que esse potuerint

sic eo sunt et tunc demum resecanda
sunt multa que nobis displicent
cum pius ad audiendum placabilem
corporis mentem fecerit. Sic iussa bona
que placent nam et quibusdam
domitos blanda primus manu tra-
ctamus ut eos nobis plenius postmodum
et flagella subiugamus et amaris
pigmentorum poculis dulcedo mellis
adiungitur ne ea que saluti profu-
tura est in ipso gustu asperitas amari-
tudinis sentiatur. Dum non gustus per
dulcedinem fallitur humor mor-
tiferus per amaritudinem vacuatur.
Ipsa ergo inclinatis in mentibus cor-
rectio permixta sunt laude temperanda
ut dum ad auditum favores quos
diligunt et correptiones recipiant
quas oderunt. Plerumque autem persuad-
elatis utilius melius possumus
si profectus eorum nobis potius quam
illis profuturos dicamus, si eorum me-
lioracionem nobis magis quam sibi im-
pendi postulemus. Facile enim ad
bonum elatio flectitur cum simul flec-
tio pro dicere aliis creditur. Unde et
Moyses Exo. xviii. Deo regente
se deo per deserti iter se diurna nocturna
columpna pergebat cum Jetro cog-
natum suum a gentili conversatione
vellent educere et omnipotentis
dei domino subiugare ait: Proficiscimur
ad locum quem dominus daturus est
nobis. Veni nobiscum ut benefaciamus
tibi quia dominus promisit bona Israeli.
Cumque ille dixisset non vadam te-
cum sed revertar in terram in qua na-
tus sum, illico adiunxit: Noli nos
relinquere. Tu enim nosti loca in
quibus per desertum castra ponere debeamus

et eris ductor noster. Neque enim
Moysen ignorancia mentis itine-
ris angustabat quem ad omnipotencie
sciam cognitio divinitatis expande-
rat quemque columpna previus pre-
ibat quem de causis intimis per
conspectum dei sedulum locutio
familiaris dei instruebat. Sed nos
vir prudens elato auditori co-
loquens solacium petiit ut da-
ret ducatum requirebat in via
ut ducem ei fieri potuisset ad vitam.
Egit itaque ut superbus auditor
voci ad meliora suadenti co-
magis fieret devotus quo
putaretur necessarius et unde se
exhortatori suo preesse crederet
inde se sub verbis exhortationis
inclinaret. Aliter ingeniosis per-
Dicendum est constantes
illis quod plus de se quam
sunt sentiunt et ideo aliorum
consiliis non acquiescunt. Istis
vero intimandum est quod valde se
despicientes negligunt et ideo le-
vitate cogitationum a suo medi-
tatio per temporum momenta flectitur.
Illis dicendum est quia nisi me-
liores se ceteris estimarent ne-
quaquam cunctorum consilia sue
deliberationi postponerent. Istis di-
cendum est quia si hoc quod
sunt utcumque attenderent nequa-
quam per tot varietatis latera mu-
tabilitatis aura raperet. Illis per
paulum dicitur ad Ro. 12: Nolite
prudentes esse apud vosmet-
ipsos. Et contra isti audiant ad
Ephe. 4: Ut non circumferamur omni
vento doctrine. De illis per Salomonem

3a

dicitur prouer. i. comedent fructus vie
sue suisque consiliis saturabuntur.
Despiciens autem ab eo mutabilis ef-
ficitur eccl. 3. Cor stultorum dissimi-
le erit. Cor quippe sapientum
sibimetipsi semper est simile quia
dum rectis persuasionibus acquie-
scit constanter se in bono opere di-
rigit. Cor vero stultorum dissimile
est quia dum mutabilitate se va-
rium exhibet nunquam id quod fuerat
manet. Et quia sicut quedam
vitia ex semetipsis gignuntur ita
alia ex aliis oriuntur sciendum
summopere est quia tunc ea
melius corrigendo tergimus
cum ipsa amaritudinis sue
fonte siccamus. Pertinacia quippe
ex superbia. inconstantia autem ex
levitate generatur. Admonendi sunt ergo
pertinaces ut elationem sue cogi-
tationis agnoscant et semetipsos
vincere studeant ne dum rectis
aliorum suasionibus foris superari
despiciunt intus a superbia cap-
tivi teneantur. Admonendi sunt
ut sollerter aspiciant quia
filius hominis cui una semper
cum patre voluntas est ut exemplum nobis
frangende nostre voluntatis
prebeat dicit. Jo. v. Non quero
voluntatem meam sed voluntatem
eius qui misit me patris etc.
Qui ut huius adhuc virtutis gratiam
commendaret servaturum se hanc
in extremo iudicio promisit dicens
Non possum ego a me facere
quidquam sed sicut audio iudi-
co. Qua itaque conscientia dedignetur

homo aliene voluntati acquiescere
quando dei atque hominis filius cum
virtutis sue gloriam venit ostendere
testatur se non a semetipso iudicare.
At contra admonendi sunt inconstantes
ut mentem gravitate roborent.
Tunc enim germina mutabi-
litatis in se arescere faciunt cum ab eorum corde radicem
levitatis abscidunt. Quia tunc fa-
brica robusta construitur cum prius
locus solidus quo quis ponat
fundamentum debeat provideri.
Nisi ergo ante levitas mentis
caveatur cogitationum inconstan-
tia minime vincitur. A quibus alie-
num paulus se fuisse perhibuit
dicens ad Cor. i. Nunquid levi-
tate usus sum aut que cogito secundum
carnem cogito ut sit apud
me est et non. Ac si aperte dicat
Ideo nulla mutabilitatis aura non moveor
quia levitatis vitio non succumbo.
Aliter gulosi et abstinentes.
Illos enim superfluitas locutionis
levitas operis atque luxuria. Istos
vero sepe impatientia sepe vero superbie
culpa comitatur. Nisi enim gulo-
sos dediti immoderata loquacitas
raperet ille dives qui cottidie
epulabatur splendide in lingua gra-
vius non arderet dicens Pater
Abraham miserere mei. Luc. 16.
Et mitte lazarum ut intinguat extremum digi-
ti sui in aquam ut refrigeret linguam meam quia
crucior in hac flamma.
Quibus profecto verbis ostenditur quia epu-
lando cottidie crebrius in lin-
gua peccaverat qui totus ardens
refrigerari se specialiter in lingua re-

quiebat incipiunt gule deditis
levitas continuis operis se quatitur
mutabilitas sacra teste. dicente Exo.
. 32. Sedit populus manducare et
bibere et surrexerunt ludere. Et iterum
plerosque deditos vitiis adhuc omnes
Est quia dum satietate ventris
extenditur aculeus libidinis exci-
tantur. Unde castra Caldeorum qui primi
homines semper in temperantia poni
apponit quod in impetu laqueos strixerunt
Una voce dicitur Gene. 3. pectore
et ventre repes at ac si aperte
diceretur. Cogitatione et inglu-
vie super humana corda dominaberis
Exemplum gule deditos luxuria sequi-
tur exemplo teste quod Deus apta
maneat adultera deveniat d.
4 Re. ult. ultio princeps coquo-
rum destruxit muros urbis Ierusalem
Nam libram princeps coquorum
ventris est cui magis cura obse-
quii ... incendit ut ipse
delectabiliter alimentis repleatur. In mi-
ant urbis quod nisi virtutes
sunt anime ad desiderium superne
patrie elevate. Coquorum igitur
princeps muros urbis deicit
quia dum ventris ingluvie ten-
ditur virtutes anime plurimum
destruuntur quas tenent nisi victos
Abstinentiam / plerosque in patria a-
pium [illegible] conterentur neque
quod Petrus dicit / Pe. 3. Mi-
nistrate autem in fide virtutem
In virtute autem scientiam in scientia ab-
stinentiam continuus aut vigilantes

adiungit. dicitur In abstinentia autem
patientiam. De esse quippe de absti-
nentibus patientiam precludit qui eis
ut ad esse [illegible] incipiunt
nisi cogitationes abstinentiam
non numquam superbie culpa suc-
get / Paulus [illegible] dixit
ad Ro. 14. Qui non manducat
manducantem non iudicet et
rursus ad alios quos [illegible]
dum de abstinentie virtute gloria-
tur precepit constringit ad [illegible]
ad Colo. 2. Que sunt ratione
quidem sapientia [illegible] in superstiti-
onem et humilitatem et ad non
parcendum corporis non in honore
aliquo ad saturitatem carnis /
Quia in re notandum est quam
disputationi sua predicator [illegible]
gunt superstitionem humilitatis [illegible]
iungit quia dum plus quam
necesse est per abstinentiam caro
attenuatur humilitas foris o-
ditur [illegible] de qua [illegible]
humilitate [illegible] interius superbit
et nisi alis mens per abstinen-
tie virtute tumesceret / nequaquam
[illegible] magna me-
rita [illegible] arrogans stu-
diose [illegible] de Luc. 18. Ieiu-
no bis in sabbato / Admodum
sunt ergo gule dediti [illegible]
qui [illegible] mendicabant [illegible]
[illegible] sed [illegible] sufficiunt quam
sibi [illegible] loquacitatis [illegible]
[illegible] in [illegible]
appetiant / ne dum ventri.

mollitur sunt vitiorum laqueis crude-
liter astringuntur. Tanto enim loquens
ipso comprimente recedit/ quanto per im-
moderatum usum ciborum manus ad ci-
bum tenditur pudoris sui lapsus inci-
tur. Ad contra autem sunt abstinen-
tes ut sollicite sibi caveant ne
cum gule vicium fugiunt a cetera
bus vicia que consequente generen-
tur. Dum carnem macerant ad impa-
tientiam spiritus erumpant et nulla iu-
ventus sit qua caro vincatur si
spiritus ab ira superatur. Aliquid enim
nos abstinendo se ab ira de-
fendunt habent. q. pessima vehemens
litera corrumpit et eo abstinentie
bonum deperit quo se se a spiritualibus
viciis minime custodit. Unde recte
per prophetam dicitur Ysa. 58. In diebus
ieiuniorum vestrorum inveniuntur volun-
tates vestre et paulo post. Ibidem: ecce
iudicia et rixas ieiunatis et per-
cutitis pugnis. Volentes ad le-
ticiam pervenire pugnis ad iram.
In crassum quoque per abstinentiam cor-
pus attritum in ordinate dimi-
ssa motibus nos vicens dissi-
patur. Rursum autem sunt ut
abstinentiam et sine minuacione
custodiant cum magna habent apud
occultum iudicem gloriae vene-
rendum; ne si fortasse magnum
esse multi credantur cor in elacione
sublevetur. Unde namque per prophetam
dicitur Ysaie 58. Nunquid tale est
ieiunium quod elegi. Sed fra. esu. pa-
tu. et ege. va. que induc. in domum
tuam. Ecce namque perpendendum
est quod abstinentie opera

respicit que non nisi quasi aliis vir-
tutibus commendata sunt. Iohel cap-
2o. Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe
sanctificare est ad iustis bonis aliis
dignam deo abstinentiam ostende-
re. Ad monendi sunt abstinentes
ut noverint quia tunc placen-
tem offerunt deo abstinentiam cum
ea que sibi de alimentis subtra-
hunt indigentibus largiuntur. Sol-
lerter namque audiendum est quod per
prophetam dicitur. Redarguit hec dicens Za-
cha. 7. Cum ieiunaretis et plangeretis
in quinto et septimo mense per hos
septuaginta annos numquid ieiuna-
stis ieiunium mihi. Et cum comederetis
et biberetis numquid non vobis comedistis
vobisimetipsis bibistis. Non enim deo
sed sibi quisque ieiunat si ea que
ventri ad tempus subtrahit non in-
opibus tribuit sed ventri postmodum
offerenda custodit. Itaque ne aut in
appetitum gule ametis statu de-
cidat aut istos afflicta caro
elacione supplantet. Audiant
isti quod ore veritatis Luc. 21. Attendi-
te autem vobis ne graventur corda vestra in
crapula et ebrietate et curis huius
vite ubi vestibus pannos quos adiungit
et superveniat in vos repentina
dies illa tanquam laqueus
enim superveniet in omnes qui
sedent super faciem omnis terre.
Audiant isti Mt. 15. Non quod
intrat in os coinquinat hominem
sed quod procedit ex ore coinquinat
hominem. Audiant illi ad Cor.
6. Esca ventri et venter escis
deus autem hunc et has destruet et

rursum ad Ro. 13. Non in comessationibus
et ebrietatibus. Et rursum ad Cor. 8. E-
sca nos non commendat deo. Audiant
ad Titum 1. Omnia munda mun-
dis, coinquinatis autem et infidelibus
nil est mundum. Audiant illi ad
Philip. 3. Quorum deus venter est
et gloria in confusione ipsorum. Audi-
ant isti ad Timoth. 4. Discedent
quidam a fide, et paulo post ad Ro.
3. prohibentium nubere, praecipientium ab-
stinere a cibis quos deus creavit
ad percipiendum cum gratiarum actione
fidelibus et his qui cognoverunt
veritatem. Audiant illi: Bonum est
non manducare carnem et non bibere vi-
num in quo scandalizatur frater tuus.
Audiant isti: Modico vino utere
ad Timoth. 5. propter stomachum et frequentes
tuas infirmitates, quatenus et illi discant
cibos carnis inordinate non appe-
tere et isti creaturam dei quam non appe-
tunt non audeant contempnere. // Aliter
sua misericorditer tribuentes et aliena rapi-
entes.
Admonendi sunt namque qui iam
38 sua misericorditer tribuunt ne co-
gitatione tumida se super eos quibus
terrena largiuntur extollant, ne idcirco
se meliores estiment quia ceteros
per se ceteros vident et namque terrene
domus dominus famulorum ordines mini-
steria dispensans hos ut regant illos,
hos statuit ut ab aliis regantur. Istos
iubet ut necessaria ceteris praebeant,
illos vero ut accepta ab aliis sumant.
Et tamen plerumque offendunt qui
regunt et in patrisfamilias gratia
permanent qui reguntur. Iram mere-
ntur qui dispensatores sunt, sine

offensione perdurant qui ex aliena
dispensatione subsistunt. Admonendi sunt
igitur qui iam sua que possident mi-
sericorditer tribuunt ut accepisse dono dis-
pensatores se positos subsidiorum temporalium
agnoscant et tanto humilius praebeant
quanto et aliena esse intelligunt que
dispensant. Cumque in illorum ministerio
quibus accepta largiuntur consti-
tutos se esse considerant, nequaquam
eorum mentes tumor sublevet
sed timor premat. Unde necesse est ut
sollicite perpendant ne commissa in-
digne indignis distribuant, ne
quedam quibus nulla, ne nulla
quibus quedam, ne multa quibus
pauca, ne pauca praebeant quibus im-
pendere multa debuerunt, ne praecipi-
tatione hoc quod tribuunt inutiliter
spargant, ne tarditate petentes
noxie crucient, ne recipiende
hic gratie intentio subrepat, ne
dationis lumen laudis transitorie
appetitus extinguat, ne oblatum
munus comitata tristitia obsideat,
ne in bene oblato munere animus
plus quam decet hilarescat, ne
sibi quid quam, cum recte totum im-
pleverint, tribuant et simul
omnia postquam peregerint perdant.
Ne enim sibi virtutem sue largitatis
deputent, audiant quod scriptum
est Pe. 4. Si quis administrat tam-
quam ex virtute quam administrat
deus. Ne in beneficiis immodice
gaudeant, audiant quod scriptum
est Luc. 17. Cum feceritis omnia
que praecepta sunt vobis, dicite:
Servi inutiles sumus; quod debuimus
facere fecimus. Ne largitatem

tristiciam extorqueat audiat quod scrip-
tum est ad Corinthios 9. Hylarem dato-
rem diligit deus. Ne compensacio-
nis transitoriam laudem querant
audiant quod scriptum est Matthei 6. Ne-
sciat sinistra tua quid faciat
dextera tua, id est per dispensacionem re-
compensacionis aliud se velle putet cum mi-
sereatur sed opus rectitudinis appetitus
favoris ignoret. Ne impense
que vicissitudinem requirant au-
diant quod scriptum est Luce 14. Cum
facis prandium aut cenam noli
vocare amicos tuos neque cognatos
neque vicinos divites ne forte et
ipsi te reinvitent et fiat tibi
retribucio. Sed cum facis prandium
voca pauperes debiles claudos ce-
cos et beatus eris quia non habent
unde retribuant tibi. Ne que impenden-
da sunt eciam prebeant sero au-
diant quod scriptum est. Ne dicas
amico tuo vade et revertere cras
dabo tibi cum statim possis dare.
Ne sub obtentu largitatis ea que
possident inutiliter spargant audiant
quod scriptum est Sudet elemosina in manu
tua. Ne cum multa sint necessaria
largiantur pauca audiant quod
scriptum est Corinthios 9. Qui parce seminat
parce et metet. Ne cum pauca
debent plurima prebeant et sese postmodum
minime inopiam tolerantes ad in-
pacienciam erumpant audiant quod
scriptum est Corinthios 8. Non ut aliis
sit remissio vobis autem tribulacio
sed ex equalitate vestra habundancia il-
lorum inopiam suppleat et illorum
habundancia vestre inopie sit sup-
plementum. Cum enim dantis animus
ferre inopiam nescit si multa et sibi
subtrahit occasionem contra se in-
pacientie exquirit. Prius namque
parandus est paciencie animus et tunc
aut multa sunt aut cuncta lar-
gienda ne dum minus equanimiter
inopia irruens fertur et premisse
largitatis merces pereat et ad hunc
mentem deterius murmuracio sub-
sequens perdat. Ne omnino nichil
eis prebeant quibus conferre aliquid
parum debent audiant quod scriptum
est Luce 6. Omni petenti te tribue.
Ne saltem aliquid prebeant quibus
omnino conferre nil debeant audiant
quod scriptum est: Da bono et non sus-
ceperis peccatorem,
benefac humili et non dederis impio.
Et rursum Thobie 4. Panem tuum et vinum tuum
super sepulturam iusti constitue et no-
li ex eo manducare et bibere cum
peccatoribus. Panem etenim et vinum
suum prebet peccatoribus qui iniquis
subsidia pro eo quod iniqui sunt im-
pendit. Unde et nonnulli huius
divites mundi cum fame cru-
cientur Christi pauperes effusis lar-
gitatibus nutriunt histriones. Qui vero
non indigenti etiam peccatori panem
suum non quia peccator est sed quia
homo est tribuit, nimirum non pec-
catorem sed pauperem iustum nutrit,
quia in illo non culpam sed naturam
diligit. Admonendi sunt eciam qui
iam sua misericorditer largiuntur
ut sollicite custodire studeant
ne cum commissa peccata elemosinis
redimunt adhuc redimenda commit-
tant ne venalem dei iusticiam d.

estimet sicut crudelitatis peccatum in-
ma bene arbitrentur se posse im-
leso peccare / plus est namque anima
quam esca et corpus quam vesti-
mentum. Qui ergo escam et vestimentum
pauperibus largitur et eius anime vel cor-
poris iniquitatis quod minus est iustitie
abstulit / et quod maius est culpe
adiunxit. Una eius deo dedit et se
dyabolo. Ut convertantur ammodo. Sunt qui
ad sua et aliena rapere intendunt
ut sollicite audiant quod veniens
in iudicium dominus dicat. Matth.
25. Esurivi et non dedistis
mihi manducare / sitivi et non dedi-
stis mihi potum / hospes eram et non colle-
gistis me / nudus et non cooperu-
istis me / infirmus et in carcere
et non visitastis me / quibus statim
promittit. Discedite a me male-
dicti in ignem eternum qui paratus
est dyabolo et angelis eius. Ecce audi-
unt qui nequaquam rapinas vel
quelibet alia violenta commiserunt
et tamen eterne gehenne ignibus
mancipantur. Hinc ergo colligendum
est quanta dampnatione plectendi
sunt qui aliena rapiunt si tanta
dampnatione feriuntur qui sua
indiscrete tenuerunt / perpendant
quo eos reatu res rapta si ta-
li subiciat pene non tradita / per-
dant quod mereatur iniustitia illa-
ta si tanta percussione digna est
pietas non impensa. Cum aliena
rapere intendunt audiant quod
scriptum est Abacuk 2. Ve ei qui
multiplicat non sua usquequo
aggravat contra se densum lutum.

Avaro quippe densum lutum
congregare se aggravare est terrena lu-
cra cum pondere peccati accumulare.
Cum multiplicare large habitationis
spacia cupiunt audiant quod scriptum
est Ysaye 5. Ve qui coniungitis do-
mum ad domum et agrum agro
copulatis usque ad terminum loci numquid
habitabitis vos soli in medio ter-
re. Ac si aperte dicat quousque vos
extenditis qui habere in mundo
consortes minime potestis. Commu-
nionem quidem premitis sed contra
quos vos valeatis extendere
semper invenitis. Cum augendis
pecuniis inhiant audiant quod
scriptum est Ecclesiaste 5. Avarus non
implebitur pecunia et qui amat
divitias fructus non capiet
ex eis / fructus quippe ex illis
caperet si eas bene spargere non
amando voluisset. Qui vero eas
diligendo retinet hic procul-
dubio sine fructu derelinquet. Cum
repleri cunctis simul opibus
inardescunt audiant quod scriptum
est Proverb. 28. Qui festinat di-
tari non erit innocens. Profecto
enim qui augere opes ambit
vitare peccatum negligit et more
avium captus dum escam terre-
nam conspicit non videt quo
strangulatur peccati laqueo non
agnoscit. Cum quelibet presentis
mundi lucra desiderant et que de
futuro dampna patiantur igno-
rant / audiant quod scriptum
est / Proverb. 20. Hereditas ad quam
festinatur in principio in novissimo
benedictione carebit. Ex hac quippe

vita initium ducimus, ut ad benedictionis sortem in novissimo veniamus. Qui ergo atque inopinate hereditati festinant, sortem sibi in novissimo benedictionis amputant, quia dum per avaritie nequitiam hic multiplicari appetunt, illic ab eterno patrimonio exheredes fiunt. Cum vel plura ambiunt vel cuncta que ambierint possunt, audiant quod scriptum est: Quid prodest homini si totum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum patiatur. Ac si aperte Veritas dicat, Mt. xvi. Quid prodest homini si quod extra se est totum congregat, si hoc solum quod ipse est dampnat. Plerumque autem citius raptorum avaritia corrigitur, si in verbis admonentis quam fugitiva sit presens vita monstretur, si eorum ad medium memoria deducatur, qui et ditari diu in hoc mundo conati sunt et tamen in adquisitis diutius manere nequiverunt, quibus festina mors repente et simul abstulit quidquid eorum nequitia vel simul vel repente congregavit, qui non solum hic rapta reliquerunt, sed secum ad iudicium causas rapine detulerunt. Horum itaque exempla audiant quos in verbis suis procul dubio ipsi condempnant, ut cum post illa ad cor redeunt, imitari saltem quos iudicant erubescant etc.

Aliter qui nec aliena appetunt nec sua largiuntur

29 Admonendi sunt namque qui nec aliena appetunt nec sua largiuntur, ut sollicite sciant quod ea qua sumpti sunt cunctis hominibus terra communis est et ideo alimenta quoque omnibus profert. Incassum se ergo innocentes putant qui commune Dei munus sibi privatum vendicant, qui cum accepta non tribuunt, in proximorum nece grassantur, quia tot pene cotidie perimunt quot morientium apud se subsidia abscondunt. Nam cum quelibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur; iustitie potius debitum solvimus quam misericordie opera implemus. Unde et ipsa Veritas, cum de misericordia caute implenda loqueretur, ait: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Cui sententie et psalmista concinens ait, Ps. c. xi.: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Cum enim largitatem impensam pauperibus premisisset, non hanc vocare misericordiam, sed iustitiam voluit, quia quod a communi Domino tribuitur, iustum profecto est ut quicumque accipiunt communiter utantur. Hinc etiam Salomon ait, Prov. xxi.: Qui iustus est tribuet et non cessabit. Admonendi sunt quoque ut sollicite attendant quod ficulnea que fructum non habuit, contra hanc districtus agricola queritur quod etiam terram occupavit. Terram quippe sine fructu ficulnea occupat, quando mens tenacium hoc quod prodesse multis poterat inutiliter servat. Terram sine fructu ficulnea occupat, quando locum quem exercere alius per solem boni operis valuit, stultus sub pigritie umbram premit. Hi autem dicere nonnumquam solent

Concessa vetitum aliena non quesivit
et si digna vita retributione non
egimus et nulla tamen que sunt preceptorum
exemplum inde ad eos pervenit quia vel an-
tem cordis auribus celestibus clau-
serunt (Nec enim dives in evangelio
qui induebatur purpura et bisso. Luc.
16. Et epulabatur cotidie sple-
ndide aliena rapuisse sed infructu-
ose propria tenuisse perhibetur. Omnes
profecto vitam ulterius iehenna
suscepit non quia aliquid illi-
citum gessisset sed quia immodera-
to usu totum se illecebris tradidit
Ad modum sunt tenaces ut non
merint perhibeant spem eternam
faciunt quia dant sibi animam
nulla vitam hostia reddant
Unde exemplum psalmus 48. psalmus Et 8. Non
dabit deo deprecacionem suam nec
precium redempcionis anime sue
Precio namque redempcionis dare est
opus bonum precio mox gratia
reddere. Unde Jo. proclamat Math.
3. Jam securis ad radicem
posita est / Math. 6. Omnis arbor
que non facit fructum bonum
excidetur et in ignem mittetur. Et ergo si
minoribus eo quod aliena non ra-
piunt estimant vitam securius
pervenire temporem in
pondere securitatis amittant nec
cum sine fructus boni operis
negligunt aspicere vita sub divinis
quia aviditate indicens excedunt
De ceteris amodo sunt qui et
ea que sunt tribuunt et aliena
rapere non desistunt ne de bonis
suis devociores fiant sunt etiam qui propria
et indiscrete tribuentes non solum
ut superius diximus ad inopiam immi-
tam premunt sed cogente se inopia
rursus ad aliena devolvuntur Et inde
non corporaliter in filiantur quibus
de largitate avaricia nascitur et propria
tempore largitis qui perdiderunt sermina pius
iterum ad modo sunt ut tenere sua
venabiliter sciant et nec denuo ut
aliena non ambigant / Et contra-
dixe culpe semper confusionem non pro-
vident nunc nisi premia nos conubiant
avaricie spinia sita orisio ergo
et propria subtrahit si bene vis pius
possidendi disponat. Audiant vero
avariti audiant quod que sunt
misericordie largiuntur / sed aliud est pro
peccatis animam tribuant quod nimis
dilexerunt ut bona vite perdiderunt
tam rapine nequitia non consummat
dat diligenter eum proquirunt quia
vitam largiuntur / sed aliud est pro peccatis
animam facere aliud peccata faci-
endo peccare Et nunc iam nec enim
mutuare pro quia ad dulcem
fructum non proficit que virtus pre-
stituto radicis amarescit / Unde est
enim quod ipsa est sacrificia per prophetam
dominus reprobat dicens Ysa. lxi. capitulo
Ego dominus diligens iudicium et odio
habens rapinam in holocausto. Et
item dicitur Prov. 21. Hostie impiorum ab-
hominabiles que offeruntur ex scelere
Qui sepe quoque indigentibus sub-
trahunt que deo largiuntur sed quia
ad mensam remittat per
quendam sapientem dominus dicit
Ecc. 34. Qui offert sacrificium

ex substantia pauperis quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Quantus namque incomparabiliter esse per quia mors filii ante oculos patris hec itaque sacrificii quanta ira aspicitur, audiunt quod orbati patris dolore computatur, et tamen plerumque quanta tribuunt pensant, quanta autem rapiant considerare dissimulant. Quasi mercedem numerant et pensare culpas recusant. Audiant itaque quod scriptum est Aggei i. Qui mercedes congregavit misit eas in sacculum pertusum. In sacculo quippe pertuso videtur quo pecunia mittitur, sed quo amittitur non videtur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt, sed quanta rapiunt non perpendunt, in pertuso sacculo mercedes mittunt, quia profecto eas in spe sue fiducie intuentes congerunt, sed non intuentes perdunt.

modo 24. Aliter discordes et pacati.

Discordes namque admonendi sunt ut certissime sciant quia quantislibet virtutibus polleant, spirituales fieri nullatenus possunt si uniri per concordiam proximis negligunt. Scriptum est. Gal. v. Fructus autem spiritus est caritas gaudium pax. Qui ergo pacem custodire non curat ferre fructum spiritus recusat. Hinc Paulus ait: Cum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis? Hinc et dicit Cor. 3. ad Hebr. 12. Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum. Hinc rursus admonens ait ad Ephes. Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus sicut vocati estis in una spe vocationis vestre. Ad unam igitur vocationis spem nequaquam pertingitur si non ad eam una cum proximis mente concurritur. Sed tamen nonnulli dum quedam spiritualia dona percipiunt superbiendo ab aliorum concordie quod maius est committunt ut si fortasse carnem pre ceteris gule refrenatione edomant, concordari eis quos superant abstinendo spernant. Sed qui abstinentiam a concordia separat quid admonet psalmista perpendat. Ait enim ipse: Et laudate eum in tympano et choro. In tympano namque sicca et percussa pellis resonat. In choro autem voces sociate concordant. Quisquis itaque corpus affligit, sed concordiam deserit, Deum quidem laudat in tympano sed non in choro. Sepe vero dum quosdam maior scientia erigit, a ceterorum societate disiungit, et quasi quo plus sapiunt eo a concordie virtute desipiunt. Hi itaque audiant quod per semetipsam Veritas dicit. Mar. 9. Habete sal in vobis et pacem habete inter vos. Sal quippe sine pace non virtutis est donum sed damnationis argumentum. Quo enim quisque melius sapit eo deterius delinquit, et ideo inexcusabiliter merebitur supplicium, quia prudenter si voluisset potuit vitare peccatum. Quibus recte per Iacobum dicitur. Iac. 3. Quod si zelum amarum habetis et contentiones sint in cordibus vestris, Nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non est ista sapientia desursum descendens sed terrena

animalis dicitur. Ecce autem despiciam
est scriptum quoque impudentia et demum
pacifica pudica vero quia casta in
intelligentia. pacifica autem quia per elationem
se proximorum societate minime disjungit
Admonendi sunt dissidentes ut nou-
erint quod tamdiu nullum bonum opus
deo sacrificium immolant quamdiu a proxi-
morum caritate discordant. Scriptum namque
est Si offers munus tuum ante altare
et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet ali-
quid adversum te relinque ibi munus tuum
ante altare et vade prius reconciliari fratri
tuo et tunc veniens offeres munus tuum
Ex quo praecepto pensandum est
quorum hostia repellitur quam intol-
lerabilis culpa monstratur. Nam cum
mala cuncta bonis sequentibus
diluantur pensemus quanta sunt mala
discordie que nisi destructa fuerit
funditus bonum subsequi non permit-
tit. Admonendi sunt discordes ut si
aures a mandatis celestibus declinant
mentis oculos ad considerandum ea que
in infimis versantur aperiant et saepe
aves eiusdem generis sese socialiter
volando non deserunt et gregatim
animalia bruta pascuntur. Quia si sol-
liciter aspicimus concordando sibi irra-
tionabilis natura indicat quantum malo
per discordiam rationabilis natura com-
mittat quae hoc rationis intentione
perdidit quod illa motu naturali custo-
dit. At contra admonendi sunt pacifici ne
dum plus quam necesse est pacem quam
possident amant ad perpetuam perveni-
re non appetant. Plerumque enim gravius
in tentationem mentium rectitudinem tranquilli-
tas temptat ut quo non sentit

molesta que teneant eo minus
amabilia fiant que vocant et quo
delectant praesentia eo non inquirant
eterna. Unde et per semetipsam veritas
loquens ut terrenam pacem a superna
pace distingueret atque ad venturam
discipulos a praesenti provocaret ait Jo. 14
Pacem relinquo vobis pacem meam
do vobis. Relinquo scilicet transitoriam
do mansuram. Si ergo mea pace
cor que relicta est figitur numquam
ad illam que danda est pervenitur.
Pax igitur prius ita tenenda est
ut et diligi debeat et contempni valeat
si immoderate diligitur diligentis
animus in culpa capiatur. Unde ad-
monendi sunt pacati ne dum nimis
humanam pacem desiderant pravos
hominum mores nequaquam redargu-
ant et consentiendo perversis ab auctore
sui se pace disjungant ne dum
humana foris iurgia metuunt
interni foederis discussione feri-
antur. Quid enim est pax transitoria
nisi quoddam vestigium pacis
eterne. Quid ergo dementius esse
potest quam vestigia in pulvere
depressa diligere sed ipsum a quo im-
pressa sunt pedem non amare
Unde David totum se ad foede-
ra pacis interne constrinxerat testa-
tur quod cum malis concordiam non teneret
dicens in psalmo Nonne qui oderunt te
Domine oderam et super inimicos tuos tabescebam
perfecto odio oderam illos inimici
facti sunt michi. Inimicos enim
Dei perfecto odio odisse est et quod facti

sunt diligere et quod faciunt inter pacis mores superiorum quicquid inter-desse. Pensandum est igitur quo ab increpatione questio (?) culpa sit quo eo pessimus pax tenetur. Et (?) tamen hoc velud in hostiam deo obtulit quod contra se per duo superiorum in iniciciis (?) excitaunt. Exo. 32. hinc est quod levi tribus assumptis gladiis per castrorum media transiens quia feriendis noluit peccatoribus parcere domino deo est consecrasse. hinc finees propterea (?) gratiam civium suprines (?) coeuntes cum madianitis perculit et iram dei iratus placauit. hinc pro sanctificatione (?) vitas dominus. Mt. 10 Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram non veni pacem mittere sed gladium. Malorum namque cum incaute amiciciis astringimur culpis ligamur. Unde Iosaphat qui tot de ante vite acta vita preconiis attollitur Paralip. 19 de achab regis amiciciis sepe prope (?) increpatur. Cui adno (?) propheta dicit: Impio prebes auxilium et hiis qui oderunt dominum amicicia iungeris. Et ideo iram domini quidem mereberis sed bona opera in bona sunt inventa eo quod abstuleris lucos de terra Iuda. Ab illo enim qui summe rectus est eo ipso iam discrepat quod perversorum amiciciis vita nostra concordat. Admonendi sunt pacati ne si ad correpcionis verba prosiliunt temporalem pacem sibi perturbare formidant (?) ... amore (?) sunt in eandem

pacem dilectione interius teneant in tuscris (?) quam propter venena (?) sibi ex tuscris (?) turbant. Et quod utrumque prudenter David se prohibet servasse dicit in ps. 119: Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis. Ecce loquens impugnabatur et tamen impugnatus erat pacificus, quia nec insanientes cessabat reprehendere nec reprehensos negligebat amare. hinc Paulus ait: Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus habentes pacem. Hortaturus enim discipulos ut pacem cum omnibus haberent premisit dicens Ro. 12. Si fieri potest atque subiunxit quod ex vobis est. Difficile quippe erat quod si male corriperent hanc pacem cum omnibus possent. Sed cum temporalis pax in superiorum cordibus ex nostra increpacione confunditur inviolata necesse est ut in nostro corde servetur. Recte itaque ait quod ex vobis est ac si diceret quod pax ex duorum pendens consensu consistit. Si ab eis qui corripiuntur expellitur integra tamen in vobis qui corripitis mente teneatur. Unde idem iterum discipulos admonens dicens: Si quis non obedit verbo nostro per epistolam hunc notate et non misceamini cum illo ut confundatur atque illico adiunxit Et nolite ut inimicum estimare illum sed corripite ut fratrem, ac si diceret pacem cum eo exteriorem solvite sed interiorem cum illo medullitus custodite. Ut pravi mente dum discordia ferit eius pax alienis cordibus ...

gata discedat. Aliter seminantes iurgia et pacifici.

Admonendi sunt qui iurgia seminant ut cuius sint sequaces agnoscant. De apostata angelo scriptum est cum bone messi zizania superseminata memorantur: Inimicus homo hoc fecit. De cuius membro per Salomonem dicitur: Homo apostata vir inutilis graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, et omni tempore iurgia seminat. Ecce quem seminantem iurgia dicere voluit prius apostatam nominavit, quia nisi more superbientis angeli a conspectu conditoris interius mentis aversione caderet, foras postmodum usque ad seminanda iurgia non veniret. Qui recte describitur quod annuit oculis, digito loquitur, terit pede. Interior namque est custodia que ordinate exterius membra servat. Qui ergo custodiam mentis perdidit subsequenter foras in inconstantia motionis fluit, atque exteriori mobilitate indicat quod nulla interius radice subsistit. Audiant iurgiorum seminatores quod scriptum est: Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur, atque e diverso colligant quia si vocantur filii dei qui pacem faciunt, procul dubio sathane sunt filii qui confundunt. Omnes autem qui per discordiam separantur a dilectionis viriditate arescunt. Et si bonorum fructus in sua actione proferunt, profecto nulli sunt quia non ex unitate caritatis oriuntur. Hinc ergo perpendant seminantes iurgia quam multipliciter peccant, qui dum unam nequitiam perpetrant, ab humanis cordibus cunctas simul virtutes eradicant. In uno enim malo innumera perpetrant quia seminando discordiam caritatem que nimirum virtutum omnium mater est extinguunt. Quia autem nichil est preciosius deo virtute dilectionis, ita nichil est desiderabilius diabolo extinctione caritatis. Quisquis ergo seminando iurgia dilectionem proximorum perimit, hosti dei familiaris servit, quia quam ille amissa cecidit, hanc iste electis cordibus subtrahens eis iter ascensionis abscidit. At contra admonendi sunt pacifici ne tante actionis pondus elevent, si inter quos fundare pacem debeant ignorant. Nam sicut multum nocet si unitas desit bonis, ita valde noxium est si non desit malis. Si ergo pravorum nequitiam in pace coniungunt, profecto eorum malis actibus robur augent, quia quo sibi in malicia concordant, eo se robustius bonorum afflictionibus illidunt. Hinc namque est quod contra dampnati illius vasis, id est antichristi, predicatores per divinam vocem beato Job dicitur: Membra carnium eius coherent sibi. Hinc sub squamarum specie de eius satellitibus perhibetur: Una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit per eas. Eius quippe sequaces quo nulla inter se adversitate divisi sunt, in bonorum nece glomerantur. Qui ergo iniquos pace sociat, iniquitati vires administrat, quia bonos deterius deprimit quos unanimiter persequuntur. Hinc egregius predicator

cum phariseorum saduceorumque persecutione
deprehensus inter semetipsos dividi
studuit quos contra se unitos g
int vidit cum clamavit d. Viri
fratres ego phariseus sum filius p-
hariseorum de spe et resurrectione mortuorum
ego iudicor. Cumque saducei spem
resurrectionis mortuorum esse denegarent
quam pharisei iuxta sacri eloquii
precepta crederent facta est in persecutorum
unanimitate dissensione et divisa
turba illesus paulus exiit
que unita hunc prius vehementer
pressit. Admonendi itaque sunt qui
faciende pacis studiis occupan-
tur pravorum mentibus prius amo-
rem debeant interne pacis in-
fundere quatenus eis postmodum
valeat exterior pax prodesse ut
dum eorum cor in illius cognitione
suspenditur nequaquam ad nequi-
tiam exemplis pervertentibus rapia-
tur dumque superna prospiciunt terrena
nullo modo ad usum sue delectationis
accensionis inclinet. Cum vero p-
ravi quique tales sunt ut nocere
nequeant et si concupiscant in-
ter hos nimirum debet terrena pax con-
strui et prius quam ab eis vale-
at superna pax cognosci ut si
quos contra dilectionem dei malitia
sue impietatis exasperat saltem ex
proximi amore mansuescant et
quasi ex vicino ad meliora transeant
ut ad illam que ab eis longe est
pacem pacati conditoris ascen-
dant. Aliter qui sacre legis
verba non recte intelligunt

Admonendi sunt etiam qui sa-
cre legis verba non recte intelligunt
ut perpendant quia saluberrimum vini
potum in venenum sibi poculum ver-
tunt ac per medicinale ferrum se
mortaliter feriunt dum per hoc ipse sa-
na perimunt per quod salubriter absci-
dere secanda debuerunt. Admonendi
sunt ut perpendant quod scriptura sacra
sit in nocte vite presentis quasi quedam
lucerna nobis sit posita. Cuius verba
nimirum dum non recte intelligunt de
lumine tenebrescunt. Et nos vero ad
intellectum pravum intento perversa non
raperet nisi prius superbia infla-
ret. Dum enim se pre ceteris sapientes
arbitrantur sequi alios ad meliora
intellecta despiciunt atque ut apud
imperitum vulgus scientie sibi nomen
extorqueant student summopere et
ab aliis recte intellecta destruere et
sua perversa roborare. Unde bene per
prophetam dicitur: Secuerunt pregnantes
Galaad ad dilatandum terminum suum.
Galaad namque acervus testimonii
interpretatur. Et quia cuncta simul
congregata ecclesie per confessionem s-
ervit testimonio veritatis non incon-
grue per Galaad exprimitur ecclesia
que ore cunctorum fidelium de deo
quecumque sunt vera testatur. Pregnan-
tes autem vocantur anime que intellectum
verbi ex divino amore concipiunt si ad
perfectum tempus veniunt conceptam
operis intelligentiam ostensione parturi-
unt. Terminum vero suum dilatare est opi-
nionis sue nomen extendere. Se-
cuerunt ergo pregnantes Galaad
ad dilatandum terminum suum quia nimirum
heretici mentes fidelium et veram

36
245
124

aliquid de veritatis intellectu conceperint
priusquam predicacione prodeunt et sicut sibi
nomen extendunt per illorum corda in
de verbi conceptione gaudia student
erroris gladio et quasi doctrine ver-
sionem sternunt hoc quod ad coniunctionem
mysterii non prius sentiat ad amo-
reamus per uia alia est ne in amorem
glam quedam ei eius ardens clara
mus abscondi comprimentis rerum quod
ne assertione necesse sunt admonendi sunt
et ne errores distorquendas gnari
de legem dei que ideo dicitur
ut sacrificium sathane prohibeant cum
deum erga eum sathane sacrificium unde
per prophetam dominus queritur dicens dedi
eis frumentum vinum et oleum et ar-
gentum multiplicavi eis et aurum
que fecerunt baal frumentum quippe
adhuc accipimus quod intellectus absconditus
medulis subducto tegmine littere perci-
pimus vinum spiritus legis autem sentimus
bonum dedit sicut nobis prestat cum
scripture sine alta predicacione nos
debriat oleum quod sicut nobis
clementi cum proprie aperitoribus
vitam tranquillam blanda lenitate di-
sponit argentum multiplicat cum
nos luce veritatis plena eloquia
subministrat auro quoque nos ditat
quando cor nostrum intellectu summi ful-
goris irradiat que omnia cuncta here-
tici baal offerunt quia apud au-
ditorum suorum corda corrupte cuncta
intelligendo preuertunt et de frumento
dei de vino atque oleo argento simul
et auro sathane sacrificium immolant
quia ad errorem distorquent verba

pacis inclinat / domini admonendi sunt
ut perpendant quia dum proprie
mentis de preceptis pacis discordiam
faciunt iusto dei examine ipsi
de verbis vite moriuntur / ut cum
admonendi sunt qui recte quidem le-
gis verba intelligunt sed hec humiliter
non loquuntur ut in divinis sermonibus
prius quam cetera alias prestant semet
ipsos requirant ne insequentes
aliorum facta se deserant et cum recte
cuncta de scriptura sacra sentiunt
hoc solum quod per illam cauti elati
tres deum non attendunt superbus
quippe et imperitus medicus est
qui alienum medicare appetit et
ipse quod vulnus patitur nescit
tum quod verba dei humiliter non lo-
quuntur / profecto admonendi sunt ut cum
medicamina egris apponunt per
omnes sue pestes aspiciant ne
alios medendo ipsi moriantur
admonendi dum ut considerent ne
virtute dei dicendi qualiter
discordent / ne loquendo aliud /
et ostendendo aliud predicant / audiant
quod scriptum est si quis loquitur quasi
sermones dei eam quod verba que
proferunt non sunt eius quibus
dictionibus timeant / audiant quod
scriptum est sicut ex deo coram
deo loquimur ex deo coram deo
loquitur qui predicatoris verbum
et quia deo attribuit intelligit
et placere illud deo non hominibus
querit audiant quod scriptum est
Pro. 12 Abhominacio domini est

omnes arrogantes/ quia verbum dei in
usus dei quam gloriam propriam querit/ in
dantis invadit cumque laudi sue
proponens nequaquam metuunt ag-
hec apertam ex laudatione accepit di-
dicunt quod predicatori per salomonem
dicitur Bibe aquam de cisterna tua
et fluenta putei tui deriventur
fontes tui foras et in plateis
aquas divide habeto eas solus
nec sint alieni participes tui d
quam quippe predicator de cisterna
sua bibit cum/ ad cor suum redi-
ens prius audit ipse quod dicit. Bi-
bit sui fluenta putei si sui irri-
gatur infunditur ubi bene sub-
iungitur deriventur fontes tui foras
et in plateis aquas divide. Recte
quippe est ut prius ipse bibat et
tunc predicando aliis influat
fontes namque foras derivare
est exterius aliis vim predicationis
infundere. In plateis autem aquas
dividere est magne amplitudini audien-
tium iuxta uniuscuiusque qualitatem divina eloquia
dispensare et quia plerumque inanis
glorie appetitus surrepit dum
sermo dei ad multorum notitiam tendit
postquam dictum est in plateis aquas
divide recte subiungitur/ habeto eas
solus nec sint alieni participes
tui. Alienos quippe malignos
spiritus vocat de quibus per prophetam temp-
tati voce dicitur alieni
insurrexerunt in me et fortes que-
sierunt animam meam ait ergo aquas
in plateis divide et tamen solus

habe ac si aperte dicat Sic necesse
est ut predicationem exterius serveas
ut per elationem te immundis spiritibus
non coniungas ne in ministerio divini verbi
hostes tuos ad te participes
admittas/ Aquam ergo in plateis
dividimus et tamen soli habemus quando
exterius atque predicationem fundimus
et per eam humanas laudes asse-
qui minime ambimus/ Aliter qui pre-
dicare digne valeant formidant/ et
quos a predicatione respectus repellit

Admonendi sunt namque qui
cum predicare utiliter possint
immoderata tamen humilitate refu-
giunt ut ex minoris consideratione in-
telligant quia tum in minoribus rebus
delinquunt si eius indigentibus proxi-
mis ipsi quas haberent pecunias
absconderent adiutores procul du-
bio calamitatis extitissent quo in re-
atu constringantur aspiciant qui dum
peccantibus fratribus verbum subtrahunt
morientibus vite remedia abscon-
dunt/ Unde bene quidam sapiens dicit
Eccl. 20. Sapientia abscondita et
thesaurus invisus que utilitas
in utrisque si populos fames atteret
et occulta apud se frumenta servarent
auctores procul dubio mortis ex-
stitissent eterna igitur plectendi sunt
pena qui non ministrant/ Unde
et bene per salomonem dicitur Prov. xi. Qui
abscondit frumenta maledicetur
in populis frumenta quippe abscon-
dere est predicationis sacre apud se verba
retinere. In populis autem quisque

maledicere quia in solius culpe sile-
tii quasi pastorum quos corrigere po-
tuit pena dampnantur. Si mendicant
artis ignari animum pretendunt volun-
docerent et tu scientie acceperunt /
profecto parum fratris mortis populo
corpori committerent. Cum itaque cu-
lpa in solvant. appareat quod dum
cognoscunt voluntatem incertum curie
ca negligunt / sermone verborum vindi-
cabit propter propheciam dicit Jeremie 48. Male-
dictus qui prohibet gladium suum
a sanguine. Gladium quippe prohibe-
re a sanguine est predicatoris verbum
carnalis vite in correctione retine-
re. quo sanguinem gladio dicitur. Et gla-
dius meus manducabit carnes.
Hii itaque cum apud se sermones pre-
dicationis occultant / divinas quas se-
ntias terribiles audiant / quas ab eorum
cordibus timoris timor dei expellat.
Audiant quod talentum qui erogare noluit
cum sua dampnatione amisit /
Audiant quod paulus eo se a proprio
sanguine mundum credidit / quo fe-
riendis eorum vitiis non pepercit di-
cens. Contestor vos hodierna die quod
mundus sum a sanguine
omnium. Non enim subterfugi quo-
minus annunciarem omne consilium
dei vobis. Audiant quod vox an-
gelica Johannem admonet cum dicit. Qui
audit dicat: Veni ut unusquisque cum
se vox intima in sinuat ille se con-
clamando alios quo ipse rapitur
trahat ne clausas fores et vocati-
cus inveniat / si vacuus vacans
appropinquat. Audiant quod ysayas
quia cum de ministerio tacuit
illustratus superne lucis magna

voce penitens semetipsum reprehendit
d. Ve michi quia tacui / Audiant
quod per salomonem in illum predi-
catoris sententia multiplicationis punitur
qui in hoc quod non obtinuit tac-
ens vitio non tenetur ait namque
prov. 11. anima que benedicit im-
pinguabitur et qui inebriat ipse quoque
inebriabitur. Cum igitur predicator
benedicat melioris animi pin-
guedinem accipit et dum dono e-
loquii auditorum mentem inebri-
are non desinit / potu multiplici
muneris debriatus excrescit.
Audiant quod david domino in mu-
nere obtulit quod predicationis gra-
tiam acceperat non abscondit
Ecce labia mea non prohibebo
domine / tu cognovisti iusticiam meam
non abscondi in corde meo veri-
tatem tuam et salutare tuum
dixi / Audiant quod sponsi
colloquio ad sponsam dicitur. Con-
que habitas in ortis amici auscul-
tant fac me audire vocem
tuam. Ecclesia quippe in ortis
habitat que ad viriditatem intimam
exculta plantaria virtutum servat
cuius vocem amicos auscultare
est electos quosque verbum predicationis
illius desiderare. Certe eam vocem
sponsus audire desiderat que ad
predicationem eius per electorum suorum
animas anhelant / Audiant quod
moyses cum irascente tamen
populo duce et assumpsit adolescentes
domini gladios, illos iubet aptare
dei de ... quos iste qui de ...
quietum stella intentaverunt furere
quibus. Exo. 32. Si quis est domini
iungatur michi ponat vir gladium

super femur suum ite et redite de por-
ta usque ad portam per medium castr-
orum et occidat unusquisque fratrem
suum et amicum et proximum suum. Gla-
dium quippe super femur ponere
est predicationis studium volupta-
tibus carnis anteferre ut cum
sancta quis studet dicere curat
necesse est illicitas suggestiones
edomare. De porta usque usque ad
et vicium per quod ad mortem
mors ingreditur increpando discur-
rere. Per medium vero castrorum transit
qui tanta equalitate vivit intra ecclesiam
ut qui delinquentium cul-
pas redarguit in nullius se
debeat favore declinare. Unde et re-
cte subiungitur: occidat unusquisque
fratrem suum et amicum et proximum.
Aut sicut qui cum punienda in-
venit ab increpationis gladio eti-
am eis quos per cognationem diligit
parcit. Si ergo ille dei dicitur qui ad fe-
rienda vicia zelo divini amo-
ris excitatur profecto dei se esse
denegat qui in quantum sufficit in-
crepare vitam carnalium re-
cusant. At contra admonendi sunt
quos a predicationis officio vel etas
vel imperfectio prohibet et precipita-
tio impellit ne dum tanti oneris
sibi officium precipitatione arrogant
viam sibi metipsis subsequentis
meliorationis abscindant et cum
arripiunt intempestive quod
non valent perdant tunc quod implere
quandoque tempestive potuissent
atque scientiam quam incongrue conantur
ostendere iuste videantur amisisse.

offco

Admonendi sunt ut considerent quod
pulli avium si ante pennarum perfectionem
volare appetunt unde ire in alta
cupiunt inde in yma merguntur.
Admonendi sunt ut considerent quod
structuris recentibus necdum so-
lidatis si lignorum pondus super-
ponitur non habitaculum sed ruina fa-
bricatur. Admonendi sunt ut considerent
quod conceptas suboles femine si
prius quam plene formentur pare-
unt nequaquam domos sed tumulos
replent. Hinc est enim quod ipsa veri-
tas que repente quos vellet
roborare potuisset ut exemplum
sequentibus daret ne imperfecti predica-
re presumerent postquam plene di-
scipulos de virtute predicationis in-
struxit illico adiunxit: Luce ultimo
Vos autem sedete in civitate quo-
adusque induamini virtute ex alto.
In civitate quippe considemus si intra
mentium nostrarum claustra constringimur
ne loquendo exterius evagemur ut
cum virtute divina perfecte induimur
tunc quasi a nobismetipsis foras
etiam alios instruentes exeamus.
Hinc per quemdam sapientem dicitur Ecclesiastici
32. Adolescens loquere in causa
tua vix et si bis interrogatus fueris
habeat initium responsio tua. Hinc
est quod idem redemptor noster cum in
celis sit conditor et in visione sue
potentie semper doctor angelorum ante
tricennale tempus in terra magi-
ster fieri voluit hominum ut scilicet precipitatis
ingereret vel vim saluberrimi timoris
infunderet cum ipse etiam qui
labi non posset perfecte vite gratiam non

nisi perfecta etate predicaret. Scriptum
quippe est Cum factus esset annorum
.12. remansit puer Ihesus in Ierusalem
de quo a parentibus requisito paulo post
subditur Invenerunt illum in templo
sedentem in medio doctorum audi-
entem illos et interrogantem. Vigi-
lanti itaque consideratione pensandum
est quod cum Ihesus annorum .12.
in medio doctorum sedens non do-
cens sed interrogans invenitur. Quo
exemplo scilicet discitur ne infirmus docere
audeat. Si ille puer interro-
gando doceri voluit qui per divinitatis
potentiam verbum scientie ipsis doctoribus
suis ministravit. Cum vero
per Paulum discipulo dicitur Precipe hec
et doce nemo adolescentiam tuam
contempnat. Sciendum nobis est quod
in sacro eloquio aliquando adolescentia
iuventus vocatur. Quod citius osten-
ditur si Salomonis ad medium verba
proferantur. Letare autem iuvenis in adolescentia tua.
Si enim unum esse utrumque non dicerent
quem monebat in adolescentia
iuvenem non vocaret. Aliter qui
in hoc temporali appetitu prosperantur et qui s

Admonendi sunt itaque qui hec
quod temporali appetitu prosperantur

ne cuncta ad votum appetita sup-
petunt dantis querere negligant
et in his que dantur animum figant
ne peregrinationem pro patria diligant ne
subsidia itineris in obstacula per-
ventionis vertant / ne nocturno lune
delectati solis claritatem videre
refugiant. Admonendi itaque sunt
ut que in hoc mundo assequuntur calamitatis
solatia vite aut premia retributio-
nis credant sed contra favores mun-
di mentes erigant ne in eis
totam cordis delectationem sternant
Comitantibus eis prosperitatibus qua-
liter apud iudicium cordis me-
lioris vite amorem non supprimit
favorem vite transeuntis in
mortis perpetue occasione vertat
hinc est enim quod sub ydumeorum
specie qui gaudendo se prosperitati
sui reliquerant In hanc mundi suc-
cessibus letantes in temporali cum dicitur
Dederunt terram meam in hereditatem
sibi cum gaudio et toto corde
et animo. Quibus verbis perpenditur
quia puniri non solum quia gaudebant
sed quia ex toto corde gaudebant
et ex animo gaudebant districta
reprehensione feriuntur. Hinc Salomon
ait Aversio parvulorum interficiet
eos et prosperitas stultorum perdet
eos. Hinc Paulus admonet
dicens Qui emunt tamquam non
possidentes et qui utuntur hoc
mundo tamquam non utantur ut sci-
licet nobis que suppetunt exterius
serviant et ius a superne delecta-
tionis studio animum non inflec-
tant ne luctum nobis in hac
peregrinationis temperet ea qui
in exilio positis in subsidium pro-
veniunt et quasi felices nos in
transitoriis gaudeamus qui a beatitudi-
ne interim miseros cernimus. Hinc
namque est quod electorum voce de
ecclesia leva eius sub capite
meo et dextera illa amplexabitur me.
Sinistram dei prosperitatem videlicet presentis
vite quasi sub capite posuit

quam intentione summi amoris premit. Dextera vero dei eam amplexatur quia sub eterna eius beatitudine tota devotione continetur. Hinc rursum per Salomonem dicitur: Longitudo dierum in dextera eius et in sinistra eius divitie et gloria. Divitias ergo et gloriam qualiter habenda sint docuit que posita in sinistra memoravit. Hinc psalmista ait: Salvum me fac in dextera tua. Neque enim ait manu sed dextera, ut videlicet cum dexteram diceret quia eternam salutem quereret indicaret. Hinc rursum scriptum est: Dextera manus tua domine confregit inimicos. Hostes enim dei etsi in sinistra eius proficiunt dextera confringuntur, quia plerosque pravos presens vita elevat, sed adventus eterne beatitudinis dampnat. Admonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur ut solerter considerent quod prosperitas vite presentis aliquando ideo datur ut ad meliorem vitam provocet, aliquando ut in eternum plenius dampnet. Hinc est enim quod israhelitico plebi terra Canaan promittitur, ut aliquando ad eterna speranda provocetur. Neque enim rudis ille populus promissionibus dei in longinquum crederet, si a promissore suo non etiam e vicino aliquid percepisset. Ut ergo ad eternorum fidem certius roboretur, nequaquam solummodo spe ad res sed rebus quoque ad spem pertrahitur. Quod liquido psalmista testatur dicens: Dedit eis regiones gentium et labores populorum possiderunt, ut custodiant iustificationes eius et legem eius exquirant.

Sed cum largientem deum humana mens boni operis responsione non sequitur, unde nutrita pie creditur inde iustius dampnatur. Hinc enim per psalmistam rursum dicitur: Deiecisti eos dum allevarentur. Quia videlicet cum recta opera divinis muneribus non respondent, cum totos se deserunt hic et affluentibus prosperitatibus dimittunt, unde exterius proficiunt inde ab intimis cadunt. Hinc est quod in inferno cruciato diviti dicitur: Recepisti bona in vita tua. Ideo bona hic recipit et malus, ut illic plenius mala recipiat, quia hic nec per bona conversus est.

At contra admonendi sunt qui ea quidem que mundi sunt concupiscunt, sed tamen adversitatis labore fatigantur, ut sollicita consideratione perpendant quanta rector et dispensator eorum gratia super eos vigilat, quos in sua desideria non relaxat. Eger quippe quem medicus desperat concedit ut cuncta que appetit accipiat. Illum qui sanari posse creditur multa que appetit prohibentur, et pueris nummos subtrahimus quibus tota simul hereditatis patrimonia reservamus. Hinc ergo de spe eterne beatitudinis gaudium sumant quos adversitas vite temporalis humiliat, quia nisi salvandos in perpetuum cerneret, eruditionis sub discipline regimine divina dispensatio non restringeret. Admonendi sunt itaque qui in hiis que temporaliter concupiscunt adversitatis labore fatigantur, ut sollicite considerent ut plerosque et iustos cum temporalis potentia extollit, velud in laqueum

culpa comprehendet. Nam in prosperis
suis velut prius diximus
David Deo amabilis servior fuit
in pressuris quam cum pervenit ad regnum.
Servus namque amore iustitie
deprehensum adversarium ferire timuit,
rex autem persuasione luxurie de-
votum militem et sub studio fra-
udis extinxit. Quem ergo opes
quis praeterea, quis gloriam quaerat
innoxie sit et illi exstiterunt
noxia qui tenuit hec non quae-
sita? Quis autem hec sine magno
discrimine salvabitur laboribus, si in
his culpa etiam inventus
turbatus est qui ad hec fuerat Deo
eligente preparatus? Admonendi sunt ut
considerent quod Salomon qui post tantam
sapientiam usque ad ydolatriam cecidi-
sse describitur, nullam in hoc mundo prius
quam caderet adversitatem habuisse me-
moratur et concessa sapientia funditus
cor deseruit quod nulla vel mi-
nima tribulationis disciplina custo-
divit. Aliter coniugiis obligati, aliter liberi.

7 Admonendi sunt coniugiis ob-
ligati, ut cum obligata vicis-
sim que sunt alterius cogitant,
sic coniugi quisque placere studeat quod
sic ut non displiceat conditori, sic
ea que huius mundi sunt agant,
ut tamen appetere que Dei sunt non
obmittant, sic de bonis presentibus
gaudeant, ut tamen aeternitatis so-
licitudine mala permanentia eterna
sic de malis temporalibus lugeant
ut tamen consolationis eterne spem in
bonis perennibus figant, quatenus dum
in transitu cognoscunt quod agunt,
in mansione faciant quod appetunt

ut mala mundi cor frangant,
cum spes bonorum celestium robo-
rat, et bona presentis vite decipi-
at cum suspecta sub supplicio iudicii
mala contristant. Itaque coniugum
christianorum animus et infirmus
et fidelis, qui nec plene cuncta tempora-
lia despicere non valet et tamen eternis
se per desiderium iungere valet, quamvis
in delectatione carnis interim ia-
ceat, superne spei refectione con-
valescat. Et si habet que mundi
sunt in usu speret que Dei sunt itineris
in fructu perventionis, nec totum
se ad hoc quod agit conferat,
ne ab eo quod robuste sperare de-
buit funditus cadat. Quod bene
hec ait bene Paulus exprimit
qui ait: Qui habent uxores tamquam
non habentes sint, et qui flent
quasi non flentes, et qui gau-
dent tamquam non gaudentes.
Uxorem quippe quasi non
habendo habet qui sic per illam car-
nali consolatione utitur ut ta-
men nunquam ad prava opera me-
lioris ab intentionis rectitudine
amore flectatur. Uxorem
quasi non habendo habet qui transito-
ria cuncta esse conspiciens curam
carnis necessitate tolerat, et eterna
gaudia spiritus ex desiderio exspectat.
Non flendo autem flere est sic
exteriora adversa plangere, ut tamen
noverit eterne spei remedio
gaudere, et rursum non gauden-
do gaudere est sic de infimis
animum attollere, ut tamen numquam desi-
nat formidare summa. Ubi apte
quoque paulo post subditur: Preterit

eum figura huius mundi. At si aperte
dicat: Nolite conformari huic mundo.
Diligere quia non potest ipse quae di-
ligit stare, in transitum cor quasi
amantes fugitis dum fugit
ipse quod amatis. Admonendi
sunt coniuges ut ea in quibus
sibi displicent alterutrum patien-
ter invicem tolerent et exhor-
tantes invicem salvent. Scrip-
tum namque est: Invicem onera
vestra portate et sic adimplebitis
legem Christi. Lex quippe Christi ca-
ritas est quia ex illo nobis largiter
sua bona contulit et aequani-
miter mala nostra portavit.
Tunc ergo legem Christi imitando
complemus cum et bona nostra be-
nigne conferimus et nostrorum mala
pie sustinemus. Admonendi
sunt quoque ut eorum quisque non tan-
tum quae ab altero tolerat quam
quae ab ipso tolerantur attendat.
Si enim sua quae portantur considerat,
ea quae ab altero sustinet le-
vius portat. Admonendi sunt con-
iuges ut suscipiendae sobolis
meminerint causa coniunctos
et cum immoderatae admixtioni
servientes propagationis articulum
in usum transferant voluptatis,
perpendant quod licet extra non ex-
eant, in ipso tamen coniugio con-
iugii iura transcendunt. Unde ne-
cesse est ut crebris orationibus
deleant quod pulchram copulae
speciem admixtis voluptatibus
foedant. Hinc est enim quod
peritus caelestis medicinae apostolus
non tam sanos instruit quam

infirmis medicamenta monstravit
dicens: De quibus scripsistis mihi, bonum
est homini mulierem non tangere;
propter fornicationem autem unusquisque
suam uxorem habeat. Qui enim
fornicationis metum praemisit,
profecto non stantibus praeceptum
contulit, sed ne fortasse in terram
ruerent lectum cadentibus ostendit.
Unde adhuc infirmantibus subdit:
Uxori vir debitum reddat, simili-
ter et uxor viro. Cui dum in
magna honestate coniugii ali-
quid de voluptate largiretur,
paulo post adiunxit: Hoc autem
dico secundum indulgentiam, non secundum imperi-
um. Culpa quippe esse innuitur
quod indulgeri perhibetur, sed quae
tanto citius relaxatur quanto
non per hanc illicitum quid ag-
atur, sed hoc quod licitum est sub
moderatione non tenetur. Quod
bene Loth in semetipso exprimit,
qui ardentem Sodomam fugit,
sed tamen Segor inveniens nequa-
quam mox montana conscendit.
Ardentem quippe Sodomam fugere
est carnis incendia declinare.
Altitudo vero montium munditia
continentium. Vel certe quasi in mon-
te sunt qui etiam carnali co-
pulae inhaerent, sed tamen suscipiendae
prolis admixtionem debitam ultra
carnis voluptatem non solvunt. In mon-
te quippe stare est nisi fructum
propaginis in carne non quaerere.
In monte quippe stare est
carni carnaliter non haerere. Sed quia
multi sunt qui scelera quidem
carnis deserunt nec tamen

128

in coniugio positi usus solummodo debiti iura conservant. Exivit quidem Lot Sodomam sed tamen mox ad montana non pervenit, quia iam dampnabilis vita relinquitur sed adhuc celsitudo coniugalis continentie subtiliter non tenetur. Est vero in medio Segor civitas que fugientem salvat infirmum, quia videlicet cum sibi per incontinentiam miscentur coniuges et lapsum scelerum fugiunt et tamen venia salvantur, quasi parvam civitatem inveniunt in qua ab ignibus defendantur, quia coniugalis hec vita non quidem in virtutibus mira est sed tamen a suppliciis secura. Unde idem Lot ad angelum dicit: Est civitas hec iuxta ad quam possum fugere parva et salvabor in ea. Numquid non modica est et vivet anima mea. Iuxta igitur dicitur et tamen ad salutem tuta perhibetur, quia coniugalis vita nec a mundo longe divisa est nec tamen a gaudio salutis aliena. Sed tunc in actione hac vitam suam coniuges quasi in parva civitate custodiunt cum pro se assiduis deprecationibus intercedunt. Unde et recte per angelum per eundem Lot dicitur: Ecce et in hoc suscepi preces tuas ut non subvertam urbem pro qua locutus es. Quia videlicet cum deo deprecatio funditur nequaquam talis coniugum vita dampnatur. De qua deprecatione quoque Paulus admonet dicens: Nolite fraudare invicem nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orationi. Aliter ammonendi sunt qui ligati coniugiis non sunt ut precepta celestibus eo rectius sequantur quo eos ad curas mundi nequaquam iugum copule terrenis inclinat, ut quos onus licitum coniugii non gravat neque pondus illicitum terrene sollicitudinis, sed eos tanto paratos dies ultimus inveniat quanto expeditiores invenerit, ne quo meliora agere vacantes possunt et tamen negligunt eo supplicia deteriora mereantur. Audiant quod Paulus cum quosdam ad celibatus gratiam instrueret non coniugium sprevit sed curas mundi ex coniugio nascentes expulit dicens: Hoc ad utilitatem dico vobis non ut laqueum vobis iniciam sed ad id quod honestum est prebeo et quod facultatem prebeat sine impedimento obsecrandi dominum. Ex coniugiis quippe terrene sollicitudines prodeunt et ideo magister gentium auditores suos ad meliora persuasit ne sollicitudine terrena ligarentur. Et quos celibum tuetur scelerius impedimentum prepedit et coniugio se nequaquam subdidit et tamen coniugii onera non evasit. Admonendi sunt celibes ut non sine dampnationis iudicio illicitis se feminis vacantibus pateant. Cum enim Paulus fornicationis vicium tot criminibus execrandis inseruit cuius reatum indicavit dicens: Neque fornicatores neque ydolis servientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt, evidenter

fornicatores autem et adulteros iudicabit deus. Admonendi sunt itaque ut si temptationum procellas cum difficultate salutis tollerant quietis portum petant. Scriptum quippe est melius est nubere quam uri. Sine culpa ad coniugium veniunt si tamen necdum meliora devoverunt. Nam quisquis bonum maius subire proposuit bonum minus quod licuit illicitum fecit. Scriptum quippe est nemo mittens manum super aratrum et respiciens retro aptus est regno celorum. Qui ergo fortiori studio intendit retro respicere convincitur si relictis bonis amplioribus ad minora retorquetur.

Aliter peccatorum conscii et ignari.

x6 Admonendi magis sunt peccata carnis experti ut in

mare me saltem post naufragium metuant et perditionis sue discrimina vel cognita perhorrescant ne qui post mala perpetrata servati sunt hec impie repetendo moriantur. Unde peccanti anime nunquam a peccato desinenti dicitur frons mulieris meretricis facta est tibi noluisti erubescere. Admonendi sunt itaque ut studeant quatenus si accepte nature bona integra servare noluerunt saltem scissa resarciant. Quibus nimirum necesse est ut perpendant in tam magno fidelium numero quam multi et semetipsos illibatos custodiunt et alios ab errore convertunt. Quid ergo isti dicturi sunt si aliis integritate stantibus ipsi nec post dampna resipiscunt. Quid dicturi sunt si cum multi sunt qui et alios secum ad regnum deferunt hii expectanti domino nec semetipsos reducunt. Admonendi sunt ut perpetrata commissa considerent et imminencia devitent. Unde sub iudee specie per prophetam dominus corruptis in hoc mundo mentibus transactas culpas ad memoriam revocat quatenus pollui in futuris erubescant dicens fornicate sunt in egypto in adolescencia sua fornicate sunt ubi subacta sunt ubera earum et fracte sunt mamme pubertatis earum. In egypto quippe ubera subiguntur cum turpi huius mundi desiderio humane mentis voluntas substernitur. In egypto pubertatis mamme franguntur cum naturales sensus adhuc in semetipsis integri pulsantis concupiscencie corrupcione viciantur. Admonendi sunt carnis peccata experti ut vigilanti cura considerent post delicta ad se redeuntibus dominus quanta benivolencie sinum sue pietatis expandat cum per prophetam dicat si dimiserit vir uxorem suam et illa recedens duxerit virum alterum nunquid revertetur ad eam ultra. Nunquid non polluta et contaminata erit mulier illa. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis tamen revertere ad me dicit dominus. Ecce de fornicante et relicta muliere argumentum iusticie proponitur et tamen per lapsum nobis redeuntibus non iusticia sed pietas exhibetur ut hinc nimirum colligamus si nobis delinquentibus tanta pietate

petitur aut ut post delictum red-
euntibus quanta implicitate paratum
aut qui ab illo cecidit super impios
clamat qui non cessat vocare per
culpa tamen minime per prophetam
post delictum invitat vocationis
comprimit. cum admisso homini dicitur re-
vertere stulti tui videntes tamen
tue audiant verba per legem
mandatis. Hebraeus quippe gene-
ris in facie monuit quid in
paradyso conditus homo atque in li-
bero arbitrio constitutus quid facere quid
ve facere non deberet mandatis. Ex
homo mundi factorem terra dedit
cum supplicans eius missa con-
post hec tamen supplicante deum
desinit quia ad revocandum
hominem legem dedit exhortan-
tes angelos misit in carne
me mortalis apparuit quod per se ipsum
statuit non ad manum qui ad
reparationem nos quia etiam compe-
vocavit tamen ipse equaliter simul
potuit dura de cutis hac nostre
est spiritualiter sentiri de singulis
carnis eius contrariis de partibus
quibus ubi mortalis eius com-
pit cum suis quod peccato perpetuat
voluntatis eius cognoscit per cap-
ta adhuc eius eius factorem
scire est ut dum cum contemptu
cum non de vilitate bono innocen-
tiae iniquitate eligens appetit
terra in eius factorem tamen mittit
Ez adhuc per legem deus sub spe-
cie monet qui etiam post cul-
pam ad redeundum persuadet ipsum

acciderit contemptu non aspirat
redeunti sinum pietatis expandit
Doceant ergo per legem monitis
audimus si admitantem nos dum
saltem post peccata redeuntem debemus
in pietate vocantis cui laudes sim-
strictam nolumus formidare quia
tanto gravius impletate contempni-
tur et contemptus adhuc voca-
re non dedignatur. Ad contra autem
sunt peccata carnis ignorantes
ut tanto sollicitius precipitium
ruinam metuant quanto altius
stant. Admonendi sunt ut noverint
quia quos magis premunt eo
sestus eos crebrioribus sagittis in-
sidiatoris aspicium qui tanto
ardentius solet erigi quanto se
robustius conspiciat vinci quanto con-
tra se vinci conspiciat tantaque in-
colluctabilibus dedignatur vinci quanto
contra se videt prima integra insinuare
carnis castra pugnare. Admonendi
sunt ut incessantem pugnam susci-
piant et libenter per eam dubia ca-
ptionem quam tollerat laboris
tolerat vel eum attendi felici-
tatis que sine transitu at-
tingitur bene fit quod transeundo
laboratur. Audiant quod per prophetam
dicitur: Hec dicit Dominus eunuchis: Qui
custodierint sabbata mea et ele-
gerint que volui et tenuerint
fedus meum dabo eis in domo
mea et in muris meis locum
et nomen melius a filiis et fili-
abus. Eunuchi quippe sunt
qui compressis motibus carnis in se
pravi operis abscindunt carnalem

loco apud patrem sedem audiunt
eciam in domo patris vel etiam ma-
sione filiis preferuntur. Audiant quod
per Iohannem dicitur: Hii sunt qui cum muli-
eribus non sunt coinquinati. Virgines enim
sunt hii. Sequuntur agnum quocumque
ierit. Et quod cantant canticum
quod nemo possit dicere nisi illa
centum quadraginta quatuor
milia. Singulariter quippe cum
agno cantare est cum eo in perpe-
tuum pre cunctis fidelibus et de cor-
ruptione carnis gaudere. Quod tamen
alii electi canticum audire possunt
licet dicere nequeunt, quia per ca-
ritatem quidem in illorum celsitu-
dine leti sunt quamvis ad illorum
premia non assurgant. Audiant
pueri carnis integri quid per se
metipsam dicat in integritate Veri-
tas: dicit Non omnes capiunt
verbum hoc. Et in eo innotuit
summum quod denegavit omni-
bus. Predicit quia difficile
capitur, audientibus innuit cap-
tum cum qua cautela teneatur.
Admonendi sunt itaque peccata car-
nis ignorantes ut preminere
coniugio virginitatem sciant, et tamen se
super coniugatos ne extollant, ut virgini-
tatem et virginitatem preferentes et se post-
ponant et illud non deserant quod
esse melius estimant et se custo-
diant quod se inaniter non ex-
altant. Admonendi sunt ut con-
siderent quod plerumque actione
secularium vita continentium confundi-
tur, cum et illi ultra statum
assumunt opera et isti mentes ad

ordinem non excitant corda
sua. Unde bene per prophetam dicitur: Erubesce Sydon
ait mare. Quasi enim ad vocem
maris admonendum Sydon ad
ruborem deducitur, quando per comparationem vite secu-
larium atque in hoc mundo fluctua-
tium eorum qui muniti et quasi stabi-
les cernuntur vita reprobatur. Sepe enim
non nulli ad dominum post carnis pec-
cata redeuntes tanto se arden-
tius in bonis operibus exhibent
quanto dampnabiliores se de ma-
lis vident. Et saepe quidam
in carnis integritate perdurantes
cum minus in se respiciunt habere
quod defleant, plene sibi suf-
ficere vite sue innocentiam pu-
tant atque ad fervorem spiritus nullis
se ardoribus stimulis inflammant.
Et fit plerumque Deo gracior amore
ardens vita post culpam quam
securitate torpens innocentia.
Unde voce Iudicis dicitur: Remittuntur
ei peccata multa quia dilexit mul-
tum. Et gaudium erit in celo super
uno peccatore penitenciam agente quam
super nonaginta novem iustis
qui non indigent penitencia. Quod cito
etiam ex ipso usu colligimus
si nostre mentis iudicia pensamus.
Plus namque terram diligimus que
post spinas exarata fructus uberes
producit quam que nullas spinas
habuit sed exculta sterilem sege-
tem gignit. Admonendi sunt peccata
carnis ignorantes ne superioris
ordinis celsitudine se ceteris pre-
ferant, cum ab inferioribus quanta
se melius agant ignorant. In quo

tamen manus ita iudicis mutat
merita ordinis qualitate actionum. Cuius
cum comparatis istis rerum ymagini-
bus monstrat quod natura gemmarum
carbunculus preferatur iacincto sed cum
cerulei coloris iacinctus preferatur
pallenti carbunculo quia et illi
quem ordo nature subtrahit species decoris
adiungit et hunc quem naturalis or-
do pretulerat coloris qualitas fe-
dat. Sic ergo in humano genere qui-
dam in meliori ordine deteriores
sunt et quidam in deteriori melio-
res quia et isti statum excellentis vite
vivendo subvertunt et illi supe-
rioris loci meritum moribus non ex-
sequendo diminuunt et alii peccata de-
plorantes cogitationum

a Admonendi sunt quippe qui pec-
cata deplorant [illegible] ut
consummata mala perfecte diluant
lamenta, ne plus astringantur in
debito perpetrati operis quam solvat
in fletibus satisfactionis. Scriptum est
potum dedit nobis in lacrimis in
mensura ut videlicet uniuscuiusque mens
tantum penitendo compunctionis sue
bibat lacrimas quantum se a deo me-
minit aruisse per culpam. Admonendi
sunt ut incessanter commissa ante
oculos reducant atque videndo agant
ut a districto iudice videri non debe-
ant. Unde David cum peteret dicens Aver-
te faciem tuam a peccatis meis pa-
ululum superius intulit delictum meum
contra me est semper. Ac si diceret pec-
catum meum ne respicias postulo
quia hoc respicere ipse non cesso.
Unde et per prophetam dicitur peccatorum tuorum
memor non ero tu autem memor esto.
Admonendi sunt ut singula queque
commissa considerent et dum per unumquodque
per unumquodque erroris sui inquinationem
defleant simul se et totos lacrimis
mundent. Unde bene per Ieremiam dicitur. Cum
iudex singula delicta penitentibus
divisiones aquarum deduxit oculus
meus. Divisas quippe ex oculis
aquas deducimus quando peccatis singulis
dispertitas lacrimas damus. Neque
uno eodemque tempore eque mens de
cunctis dolet sed dum nunc huius
nunc illius culpe memoria acrius
tangitur simul de omnibus in singulis
commota purgatur. Admonendi sunt
ut de misericordia quam postulant pre-
sumant ne vi immoderate afflic-
tionis intereant. Neque enim pie
dominus ante oculos delinquentium pec-
cata apponeret si per semetipsum ea
districte ferire voluisset. Constat
enim quod a iudicio abscon-
dere voluit quos exspectando pre-
veniens semetipsos iudices
fecit. Hinc enim scriptum est pre-
veniamus faciem eius in confessi-
one. Hinc per Paulum dicitur si nos-
metipsos diiudicaremus non utique
iudicaremur. Rursum quoque admonendi
sunt ut sic de spe fiducia habeant
ne tamen in carnali securitate torpe-
scant. Plerumque enim hostis callidus
mentem quam per peccatum supplantavit
cum de ruina sua afflictam
respicit securitatis pestifere blan-
dicio seducit et figmate ex- figuraliter
primitur cum factum Dine memoratur.
Scriptum quippe est: Egressa
est Dina ut videret mulieres
regionis illius quam cum
vidisset Sichem filius Emor
princeps terre illius adamavit

et rapiunt et deterunt(?) cum alia vi assumens vigentes(?) et conglutinata est anima eius cum illa tristemque blandiciis delinivit. Dina quippe ut mulieres videret extranee regionis egreditur quia unaquaeque mens sua studia negligens actiones alienas curans extra habitum atque extra ordinem proprium vagatur. Quam Sichem princeps terre opprimit quia videlicet inventam in curis exterioribus dyabolus corrumpit et conglutinata est anima eius cum ea quia unitam sibi per iniquitatem respicit. Et quia mens que a culpa resipiscit affectat admissum flere conatur, corruptor autem spes ac securitates vacuas ante oculos revocat quatenus tristicie robur(?) subtrahat recte illic adiungitur: tristemque blandiciis delinivit. Modo enim aliorum graviora, modo nil esse quod perpetratum est, modo misericordem deum loquitur, modo ad hoc tempus subsequens ad penitenciam pollicetur, ut dum per hoc mens decepta ducitur ab intencione penitencie suspendatur, quatenus tunc bona nulla percipiat cum nunc mala nulla contristant, et tunc plenius obruatur suppliciis que nunc etiam gaudent in deliciis dicte(?) carnis amoris(?). Sunt qui peccata cogitationis deflent ut sollicite considerent in intimis mentis archana utrum delectatione tantummodo an consensu deliquerunt. Plerumque enim cor temptatur et ex cogitationis nequicia delectatur et tamen eidem nequicie non renititur ut in secreto cogitationis et contristet quod libet et libeat quod contristet. Nonnumquam vero ita mens barathro temptationis absorbetur ut nullatenus renitatur sed ex deliberatione sequitur hoc quod ex delectatione pulsatur. Et si facultas suppetat exterius mox effectibus interiora vota consummat. Et si iusta animadversione districti iudicis respicitur non est iam cogitationis culpa sed operis, quia et si iam exterioribus factis peccatum distulit intus hoc consensionis opere voluntas implevit. Sic primi autem parentes didicimus quod tribus modis omnis culpe nequitiam perpetravimus, suggestione scilicet delectatione et consensu. Prima itaque per hostem, secunda per carnem, tertia per spiritum perpetratur. Insidiator enim prava suggerit, caro se delectationi subdit, atque ad extremum spiritus victus delectationi consentit. Unde et illa prava serpens suggessit, Eva autem quasi caro delectationi subdidit, Adam vero quasi spiritus suggestione ac delectatione superatus assensit. Suggestione autem peccatum agnoscimus, delectatione vincimur, consensu etiam ligamur. Admonendi sunt isti qui iniquitates cogitationis deflent ut sollicite considerent in qua peccati mensura ceciderunt quatenus ipso minime modum quam in semetipsis metiuntur(?) sentiunt et mensura

delectationis origo. Nec si cogi-
tata mala minime tractant
usque ad perpetranda mala opera
perducunt. Sed melius hoc dicendi ita
sunt ut eam minime frangant.
Sepe enim inspirare deus co-
gitans peccata cordis abluit
cum hec usque ad opera non
permittit et cogitata nequitia
tanto citius solvitur quanto effecto
operis districtius non ligatur.
Unde recte per psalmistam dicitur. Dixi pronun-
ciabo adversum me iniusti-
ciam meam domino et tu remisisti
impietatem cordis mei. Qui
enim impietatem cordis subdidit
quia cogitacionis iniusticias pro-
nunciare vellet indicavit dicens
Et ait dixi pronunciabo illico
adiunxit et tu remisisti. quam
super hec sit facilis venia osten-
dit. qui dum se ad hec pronunci-
aret hoc quod se petere promitte-
bat obtinuit. ut quia ad
opus non venerat culpa usque
ad cruciatum non veniret pe-
nitencia. sed cogitata afflicta
mentem tergeret quam nimirum
tantummodo cogitata iniquitas
inquinasset. // Aliter admissa
deplangentes et qui deserunt et

Admonendi sunt qui admissa
plangunt nec tamen deserunt
ut considerare sollicite sciant quia
flendo inaniter mundant ut
vivendo ad sordes redeant. Hinc
enim scriptum est canis reversus
ad vomitum suum et sus lota
volutabro luti. Canis quippe cum vo-
mit profecto cibum qui pectus grava-
bat proicit sed cum ad vomitum rever-
titur unde levigatus fuerat rursus
oneratur. Et qui admissa plangunt
profecto nequiciam de qua male sacia-
ti fuerant et que mentis intima de-
primebat confitendo proiciunt. quam
post confessionem dum repetunt resu-
munt. Sus vero in volutabro luti
cum lavatur sordidior redditur. quia qui
admissum plangit nec tamen deserit pe-
ne gravioris culpe se subicit quia
et ipsam quam flendo impetrare po-
tuit veniam contempnit et quasi
lutosa aqua semetipsum volvit
qui dum fletibus suis vite
munditiam subtrahit ante dei o-
culos sordidas etiam ipsas lacrimas
facit. Hinc rursum scriptum est
Ne iteres verbum in oratione tua.
Verbum namque in oratione iterare
est post fletum committere quod iterum
necesse est flere. Hinc per ysa-
iam dicitur lavamini et mundi estote. post
lavacrum quippe mundi esse negligunt
quicumque post lacrimas vite inno-
cenciam non custodiunt. Et lavantur
et lavantur ergo et nequaquam mundi
sunt qui commissa flere non de-
sinunt sed rursus flenda committunt.
Hinc per quendam sapientem dicitur qui
baptizatur a mortuo et iterum tangit
mortuum quid proficit lavacio
eius. Baptizatur quippe a mor-
tuo qui mundatur fletibus a peccato sed
post baptisma mortuum tangit qui cul-
pas post lacrimas repetit. Admonendi
sunt qui admissa plangunt nec
tamen deserunt ut ante districti iu-
dicis oculos esse se similes

agnoscant qui remotis ad faciem
quorundam hominum magna cum sub-
missione blandiuntur recedentes autem
amicis ut dampna que valent ac-
riter inferunt. Et quid est cum culpa
flere nisi similiter sicut deo sine devo-
tione audire. Et quid est post fletum
prava agere nisi supplices in omni-
mitatis que rogaverat exercere. Iaco-
bo attestante qui ait: Quicumque
voluerit esse huius amicus huius seculi
inimicus dei constituetur. Admonendi sunt
qui admissa plangunt nec tamen
deserunt ut sollicite considerent quia
ita plorando bonum in merore tempora
ad culpam. Sunt quippe nonnulli roge-
tibus multis dispensis in hunc men-
sura ut talis dum de bonis aliquid
agunt quod tamen non perficiunt
superbie inclinant que et plerumque
perpetrant mala considerant et isti de
de malo temptantur cum nequaquam
consenciunt quos presumunt titubant
eo gressus cordis ad iusticiam per
humilitatis vomitus fiant. Balaam qui-
ppe tabernacula iustorum respiciens
ait: Moriatur anima mea morte
iustorum et fiant novissima mea
horum similia. Sed cum compunctionis tem-
pus abscessit contra vitam
quibus se similem fieri et moriendo
proposuerat consilium prebuit et cum
occasione de avaricia reperit ab-
litus est quicquid sibi de innocen-
cia optavit. Paulus vero ait: Vi-
deo legem aliam in membris meis
repugnantem legi mentis mee et
captivum me ducentem in lege pec-
cati que est in membris meis.

cum prefato ideo temptatur ut in bo-
no robustius ipsa in infirmitate fue-
cogitatione solidetur. Et quid est quod
in compunctione et tamen mentem non appropin-
quat. Iste temptatur et in culpa non
tamen consentit nisi hoc quod apte ha-
gitur quia ut malos bona imper-
fecta adiuvant ut bonos imperfecta
condempnant. Hec autem. Admonendi
sunt qui admissa deserunt nec tamen
plangunt ne iam relaxatas esti-
ment culpas quas etsi agendo
non multiplicant nullis tamen fletibus
mundant. Neque enim scriptor si a scriptione
cessaverit quia alia non addidit etiam illa
que scripserat delevit neque qui contume-
lias irrogat si solummodo ~~tacuerit~~
tacuerat satisfecit cum profecto neces-
se sit ut verba premisse superbie verbis
subsequentis humilitatis impugnet nec
debitor absolutus est quia alia
non multiplicat nisi et illa que
ligaverat solvat. Ita et cum deo deli-
quimus nequaquam satisfacimus si ab iniqui-
tate cessamus nisi voluptates
quoque quas dileximus e contra a-
positis lamentis insequamur. Si enim
nullas nos in hac vita operum culpas
maculasse nequaquam nobis hec ad
hic de gestibus apud ad securitatem
innocencia nostra sufficeret quia
illicita adhuc multa pulsarent.
Certa in mente securus est qui
perpetratis iniquitatibus ipse sibi testis
est quia innocens est neque enim
dolens nisi cruciatibus persistit. Sed
doctores morbos medicaminibus contrariis
medentur ut qui de lata voluptati-
bus discessimus fletibus amaritudinis

redeamus et qui per illicita fluendo
cecidimus etiam a licitis nosmet
ipsos restringentes surgamus et
quod in vana letitia infunditur
salubris tristitia exurat et quod
vulneravit elatio superbie curet
abiectio humilis vite hinc enim
scriptum est dixi iniquis nolite
inique agere et delinquentibus nolite exaltare cor-
nu cornu quippe delinquentes ex-
altant si nequaquam se ad penitenciam
ex cognitione sue iniquitatis humi-
liant hinc rursum dicitur cor contritum
et humiliatum deus non despicit quis-
quis enim peccata plangit nec tamen
deserit cor quidem conterit sed humi-
liare contempnit quisquis vero peccata gerit (?)
et non plangit iam quidem humi-
liat sed conterere cor recusat
hinc paulus ait et hec quidem
fuistis sed abluti estis sed sanctificati
estis quia nimirum illos emen-
datior vita sanctificat quos per penitenciam
abluens afflictio fletuum mun-
dat hinc petrus cum quosdam
territos malorum suorum consideratione
conspiceret admonuit dicens penitenciam
agite et baptizetur unusquisque vestrum
dicturus enim baptisma premisit penitencie
lamenta ut prius se aqua sue
afflictionis infunderent et postmodum
sacramento baptismatis lavarentur
quanam ergo mente qui transactas
culpas flere negligunt sperant se-
curi de venia quando ipse summus pa-
stor ecclesie huic etiam sacramento
addendam penitenciam credidit quod
peccata principaliter extinxit etc.

Aliter mala facientes et laudantes
Admonendi sunt qui illicita que
faciunt et laudant ut considerent
quod plerumque plus ore quam opere delin-
quunt opere namque perversa quaeque in semetipsos solummodo
perpetrant ore autem per tot personas
prohibent quot audientium mentes
nequiciam laudantes docent Admonendi sunt
ergo ut qui eradicare mala dissimulant
saltem seminare pertimescant Ad-
monendi sunt ut quibus perditio propria suf-
ficiat Admonendi sunt
ut si mali esse non metuunt eru-
bescant saltem videri quod sunt
plerumque enim culpa dum absconditur
effugatur quia dum mens erube-
scit esse quod fugit videri
cum non pravus quisque impudenter
tamen in nequicia liberius omne
facinus perpetrat eo etiam licitum
putat et quod licitum suspicatur
in hoc procul dubio multiplicatur
hinc peccatum suum sicut scriptum est
peccatum suum sicut sodoma predicaverunt
nec absconderunt peccatum enim suum
sodoma absconderet si adhuc
sub timore peccaret sed funditus
frenum timoris amiserat que ad
culpas nec tenebras requirebat
unde rursum scriptum est clamor
sodomorum et gomorre multiplicatus
est peccatum quippe cum voce est
culpa in actione peccatum vero etiam cum
clamore est culpa cum libertate
Admonendi sunt qui ac-
cusant mala nec tamen devitant
ut provide pensent quid in distri-
cto dei iudicio pro sui excusatione
dicturi sunt qui de reatu suorum

dinum et sibimetipsis iudicibus
non correpti. Hic itaque quid aliud
quam predones sui sunt cum vocati
contra culpas properant et semetipsos
captivos reddunt. Ad modum sunt
ut videant quia de occulta iam
retributione est iudicium quod eorum
mentis malum quod perpetrat
illuminat ut videat se non timeat
ut vincat se quo melius vi-
det eo deterius peccat, quia et in-
telligentie lumine perpetrat et actionis
sue tenebras non relinquit.
Nam cum acceptam admonitionem
scientiam negligunt habent quod sci-
entes. Veniunt et de lumine intelli-
gentie augent supplicium quod
perfecta acceperant ut possent de-
lere peccata, quorum nimirum nequi-
tia cum malum agit quod
dividicat bonum, hic iam de-
gustat iudicium, ut cum eternis sup-
pliciis servatur innoxia sua hic
interim examine non sit absoluta
tanto quod illic graviora tormenta
perpetrat quantum hic malum non
deserit et quod ipse non condempnat
hinc est quod veritas dicit. Servus sciens
voluntatem domini sui et non preparat
et non facit secundum voluntatem eius di-
gnis plagis vapulabit multis.
Hinc psalmista ait: descendunt in infer-
num viventes. Viventes quippe quod et
alios agunt sciunt et sentiunt mor-
tui ante sententiam ut sunt mortui
eum infernum descendunt si mala
nescienda perpetrarent. Cum non sci-
unt mala et tamen faciunt nunc etiam
in infernum viventes ipsi sciunt
quod descendunt. De aliis quam con

cupiscentie superatur et culpa liga-
tur. Admodum sunt quippe quos
repentina tempestas superat
in bello presentis vite ut se cotidie
providos attendant et eorum comprehendi
vulnera non possit. Sunt solliciti tantos
tegunt ut occulta insidiantis
hostis iacula prohorrescant et tam
in caliginoso certamine intentione
tremula mira nictibus castra se
muniant. Nam si a sollicitudine
circumspectionis cordis studia solvuntur
apperiuntur quia hostis callidus
tanto liberius pectus penetrat
quanto inermem apud se nec desp-
ciendit. Ad modum sunt qui repentina
tempestas superantur ut curire mi-
nime tiviam dispectat qui in
tentatem suam dum rebus tran-
sitoriis in mollitiem implicant
quibus culparum iaculis confugiat
ignorat. Unde in Salomonis voce
percussi et dormientes commemorantur. Proverbiorum
xxiii. Vulneraverunt me sed non dolui
traxerunt me et ego non sensi. Quando
evigilabo et rursus vina reperiam.
Enim quippe anima sue solli-
citudinis dormiens vulneratur
et non dolet quia sicut imminentia
mala non prospicit sic nec que
perpetravit agnoscit. Trahitur
et nequaquam sentit quia pellece-
bras vitiorum ducitur. Nec tamen ad
sui custodiam suscitatur tamen quidem
evigilare appetat ut rursum
vina repetat quamvis quamvis
sopore torpet animi custodia
premitur vigilare tamen ad crapulas secu-
li nititur ut per voluptates debriatum

Et cum ad aliud dormiat quod
possit vigilare debuerat, ad illud
vigilare appetit ad quod laudabiliter dor-
mire potuisset. Hinc superius scrip-
tum est, Prov. 23: Et eris sicut
dormiens in medio mari, et quasi
sopitus gubernator amisso clavo.
In medio maris dormit, qui in
huius mundi temptationibus positus pro-
videre motus irruentium vitiorum
quasi imminentes undarum cumulos
negligit. Et quasi gubernator clavum
amittit, quando mens ad regendam
navem corporis studium sollicitudinis
perdit. Clavum quippe in mari amit-
tere est intentionem providam inter pro-
cellas huius saeculi non tenere. Si enim
gubernator clavum sollicite strin-
git, modo in fluctibus ex adverso di-
rigit navem, modo ventorum impe-
tus per oblicum findit. Ita cum
mens vigilanter animum regit, mo-
do alia superans calcat, modo alia provi-
dens declinat, ut praesentia elabo-
rando subigat, contra futura certa-
mina prospiciendo convalescat. Hinc
rursum de fortibus supernae patriae bella-
toribus dicitur, Cant. 3: Uniuscuiusque ensis
super femur suum propter timores nocturnos.
Ensis enim super femur ponitur, quando
acumine sanctae praedicationis prava sug-
gestione carnis edomatur. Per noctem
vero caecitas nostrae infirmitatis exprimitur,
quia quidquid adversitatis in nocte
imminet non videtur. Uniuscuiusque ergo ensis
super femur suum propter timores nocturnos
ponitur, quia scilicet sancti viri dum ea quae
non vident metuunt, ad intentionem
certaminis parati assistunt. Hinc sponsae dicitur:
Nasus tuus sicut turris quae est
in Libano. Rem namque quam oculis
non cernimus, plerumque odore praevidemus.
Per nasum quoque odores foetoresque
discernimus. Quid ergo per nasum ecclesiae
nisi sanctorum providentia discretio designa-
tur? Et turri similis quae in Liba-
no dicitur, quia eorum discreta providen-
tia ita in alto sita est, ut tempta-
tionum certamina et priusquam veniat
videat, et contra ea cum venerint for-
tis assistat. Nam futura cum
praevidentur, tum praesentia fiunt minoris
virtutis, quia dum contra ictum
paratior quisque redditur, hostis quo
se inopinatum crediderat, eo ipso quo
praevisus est, enervatur. Aliter
admonendi sunt qui in culpa ex con-
silio ligantur, [illegible] consideratione
perpendant, quia dum mala ex
iudicio fiunt, districtius contra se
iudicium accendunt, ut tanto
eos durior sententia feriat quanto
eos in culpa arctius vincula de-
liberationis ligaverunt. Citius for-
tasse delicta paenitendo ablue-
rent, si in his sola praecipitatione
cecidissent. Nam tardius peccatum
solvitur quod et per consilium solidatur.
Nisi enim mens cuncta despiceret,
in culpa ex consilio non perveniret.
Hinc enim [illegible] lapsi per consilium
paenitentes dicunt, quia cum a statu
iustitiae peccando conruunt, plerumque
simul et in laqueum desperationis
cadunt. Hinc est quod per prophetam
Dominus Ier. 4 dicit: Propter malitiam studi-
orum vestrorum [illegible] vobis [illegible]
ne forte egrediatur ut ignis
indignatio mea et succendatur et non
sit qui extinguat. Hinc iterum

natus dicit: Visitabo super vos ini-
quitatem studiorum vestrorum. Cum igitur
aperte aliud sint peccata que perpe-
trantur per consilium, non tamen prava sed
dura quia studia pravitatis in
semper fiunt cum sepe infirmitate,
sepe negligencia, in studiis non
malitiosa sed inconsiderate perpetran-
tur, non tamen beati viri confessio-
ne per prophetam dicitur psalmo i. In cathe-
dra pestilencie non sedit. In cathedra
quippe consuetudo prava committere
iudices esse vel presidentes solent.
In cathedra pestilencie sedere est ex
ratione mala disponere et cum deli-
beratione perpetrare, quasi in per-
verso consilii cathedra sedet qui
tanta iniquitatis elacione attolli-
tur ut implere malum et per consilia co-
netur. Et sicut assistentibus turbis
prelati sunt qui cathedre hono-
re fulciuntur, ita delicta eorum
qui precipitanter corruunt exqui-
sita per studium peccata transcendunt.
Admonendi sunt igitur ut hinc colli-
gant quam in culpa se eo per con-
silium ligant, quia quisque velocius
feriendi sunt qui nunc pe-
iores non facti sed principes sunt.
Aliter qui minimis et minimis eciam frequenter exce-
71 Admonendi sunt qui quamvis
minimis sed tamen frequenter ex-
cedunt, ut nequaquam considerent
qualia sed quanta committunt, quia
ea que si despiciunt timere cum
pensant, debent formidare cum
numerant. Altos quippe gurgi-
tes fluminum parve sed innumere re-
plent gutte pluviarum, et hoc
agit sentina latenter excrescens
quod patenter seviens procella.
Et minuta sunt que erumpunt
membris per scabiem vulnera, sed
tamen multitudo eorum in unum occu-
pat sic vitam corporis sicut v-
num grave in pectore vul-
nus necat. Eciam cum peccata
minima flere ac devitare ne-
gligit, a statu iusticie non
quidem repente sed paulatim
cadit. Admonendi sunt qui in
minimis frequenter excedunt ut
sollicite considerent quia non numquam
in parva delinquimus quam in maiori
culpa peccatur. Maior enim quo
citius quia sit culpa agnosci-
tur eo etiam celerius emendatur.
E contrario non dum quasi nulla
creditur eo peius quo securius
in usu retinetur. Unde fit plerum-
que ut mens assueta malis
levibus nec gravia perhorrescat,
atque quandam auctoritatem nequi-
cie per culpas nutrita perveniat,
et tanto in maioribus contempnat
pertimescere quanto se in minimis
didicit non timendo peccare.
Ac contra admonendi sunt qui se
a minimis custodiunt sed aliquando in
gravibus demerguntur, ut sollicite
sua pericula deprehendant, quia dum
cor eorum de custoditis minimis
extollitur, ad perpetranda ipso
graviora elacionis sue bara-
tro devoratur, et dum foris parva
subigunt sed per tumorem gloriam

ictus in manifestum languorem supprimit
in tempore bellorum invictum et fortem
parvula minora prosternunt. Admonendi
sunt ergo qui se a magnis custodiunt
et aliquando in minimis diluuntur ne ubi se
stare ex superioribus estimant ab inter-
ius ubi cadunt et minus distincti
iudicis retributione elatio mentis
mystice vel ubi fiat ad ... ...
oris culpe cumuli cum bene elati
minime se custodiunt sine vibus
minime culpe ... culpis maio-
ribus obviant et cadendo destru-
ribus obvium et cadendo destit-
no fuisse ... quod steterunt/ ut ma-
la in mensa cor reprimant quod bo-
na nimie exaltant/ Admonendi
sunt quod considerent quod in culpis minimis
vel alto reatu se obligant et cum
plerosque minimis que custodiunt
de trabibus peccant quia reatus sunt
in magis fecerunt et pro ista se habet omnibus
quia minima sunt tegunt ... sit
ut qui maiora mala perpetrant
coram deo aperte iniqui sunt
et cum prava bona custodiunt coram
hominibus se late sanctitatis hinc est
enim quod phariseis dicitur liquantes culi-
cem camelum autem glucientes
ac si aperte dicatur minima mala
distinctis maiora devoratis
hinc est quod rursum ore veritatis
increpantur cum audiunt decimatis
mentam et anetum et ciminum et re-
linquitis que graviora sunt legis
iudicium et misericordiam et fidem. Neque
enim negligenter audiendum est quod
cum decimari minima dicantur/ omnia
quidem de oleribus maluit ... tamen
olentia memorie ut perfecto.

audiunt quia similitudines cum prava
custodiunt maiorem de se audi-
re aspirant querunt quia ubi
plerique maxima permittunt
et tamen minima observant que levia
non iudicio longe lateque volant
Aliter qui bona nec inchoant et inchoata non
Et cum bona nec inchoant
non sunt eis prius edificanda
que salubriter diligunt sed destruenda ea
in quibus semetipsos nequiter versant
alias cum sepius que incognita au-
diunt nisi prius pravitatis sunt ea
que sibi sunt cognita deprehendant/
quia nec levari appetit qui ruisse se
ceciderit nescit et qui dolorem
vulneris non sentit salutis reme-
dia non querit. Prius ergo osten-
da sunt quam sint vana que diligunt
et tunc demum vigilanter intimanda
quam sint utilia que pretermittunt/
Prius videant fugienda que
amant et sine difficultate postmodum
cognoscant amanda esse que fu-
giunt. Melius namque incognita recipi-
unt si de cognitis quidquid disputa-
tionis audiunt veraciter recogno-
scunt/ tunc ergo pleno voto discunt
vera bona querere cum vero iudicio
deprehendunt falso se vana tenu-
isse/ audiant ergo quia bona presentia
a delectatione citius transitura sunt
et tamen eorum ea ad ultionem sine transi-
tu permansura quia nunc placet in
mentis sub ... et tunc quod
dolet in ultimis in supplicium remaneat.
Itaque eisdem rebus revocentur
salubriter quibus noxie delectantur
ut perculsi mentis alta ruine sue
dampna conspicientes se in propria 42

premisse deprehendit, quorum post-
ea renovet et permutet eos que
amaverunt, destruat diligere que con-
tempnebant. Hinc est quod Ieremias missus
ad predicandum dicitur: Ecce constitui te hodie
super gentes et regna, ut evellas
et disperdas et destruas et dissipes,
et edifices et plantes, quia nisi prius
prava destruerentur, edificare utiliter recta
non possent; nisi ab auditorum suorum
cordibus spinas vani amoris e-
vellerent, nimirum frustra in eis ver-
bum sancte predicationis plantarent.
Hinc est quod Petrus evertit ut post-
modum construat, cum nequaquam
Iudeos monebat quod iam fece-
rant, sed de his que fecerant in-
crepabat dicens: Iesum Nazarenum
virum approbatum a Deo in vobis
prodigiis et signis que fecit per illum
Deus in medio vestri, sicut vos sci-
tis, hunc definito consilio et prescientia
Dei traditum per manus iniquorum in-
teremistis affigentes, quem Deus
suscitavit solutis doloribus inferni,
ut videlicet crudelitatis sue cognitione
destructi edificationem sancte predicationis
quanto amarius quererent, tanto uti-
lius audirent. Unde et illico respon-
derunt: Quid ergo faciemus, viri fratres?
Quibus mox dicitur: Agite penitentiam
et baptizetur unusquisque vestrum. Edi-
ficationis verba prorsus contempnerent,
nisi prius salubriter ruinam sue
destructionis invenissent. Hinc
est quod Paulus cum super eum
celitus lux emissa resplenduit,
non iam quid recte deinceps face-
ret, sed quid prave fecisset audivit.

Nam cum prostratus requireret dicens: Quis
es Domine? protinus audiebat: Ego sum
Iesus Nazarenus quem tu persequeris. Et recto
repente subiungit quid in rebus
faceret, illico adiungitur: Surge et
ingredere civitatem et ibi dicetur tibi quid
te oporteat facere. Ecce de celo Dominus lo-
quens persecutori suo facta corri-
puit, nec tamen illico que essent
facienda intimavit. Ecce elatio-
nis fabrica iam tota corrue-
rat, et post ruinam sua humiliter re-
edificari requirebat. Et cum superbia destruitur, edificationis verba
tamen retinentur, ut videlicet persecutor
immanis dum destructus iacet,
et tanto post in bonis solidius
surgeret, quanto prius funditus
eversus a pristino errore cecidisset.
Qui ergo nulla adhuc bona age-
re ceperunt, a rigiditate antea sue
pravitatis correptionis manu e-
vertendi sunt, ut ad statum postmodum
recte operationis erigantur. Quia et ideo
altum silve lignum succidimus, ut
hoc edificii tectum sublevemus,
sed tamen non repente in fabrica
ponitur, ut nimirum prius vitiosa
eius viriditas exsiccetur, cuius quo
plus in infimis humor excoquitur,
eo ad summa solidius levatur. Ac
contra autem sunt qui inchoata
bona iam confirmant, ut tanta
correptione concidunt, quia dum
posita non perficiunt, et que sunt
cepta cancellant. Hi ergo confovendi
sunt potius in correptione, non
destruendi, et quasi fiat hic constructum de-
crescit. In hac quippe mundo animi

humana quasi more navis contra ictum fluminis conscendentis uno loco stare nequaquam permittitur quia ad yma relabitur nisi ad summa conetur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non sublevat ipsa operandi remissio contra hoc quod operatum est pugnat. Hinc est enim quod per Salomonem dicitur: Qui mollis et dissolutus est in opere suo frater est sua opera dissipantis. Quia videlicet qui cepta bona districte non exequitur dissolutione negligentie manum destruentis imitatur. Hinc Sardis ecclesie angelo dicitur: Esto vigilans et confirma cetera que moritura erant; non enim invenio opera tua plena coram deo meo. Quia ergo plena coram deo eius opera inventa non fuerant moritura reliqua etiam que erant gesta predicabat. Si enim quod in nobis est ad vitam non accenditur extinguitur et quod quasi vivum adhuc tenetur. Admonendi sunt ut perpendant quod tollerabilius esse potuisset rectitudinis viam non arripere quam arrepta per regressum redire. Nisi enim retrospicerent erga ceptum studium nullo torpore languescerent. Audiant quod scriptum est: Melius erat eis non cognoscere viam iusticie quam per agnitionem retrorsum converti. Audiant quod scriptum est: Utinam frigidus esses aut calidus; sed quia tepidus es et nec frigidus nec calidus incipiam te evomere ex ore meo. Calidus quippe est qui bona studia et arripit et consummat; frigidus quippe est qui consummanda nec inchoat.

Et sicut a frigore per teporem reditur ad frigus. Quisquis ergo amisso infidelitatis frigore vivit sed nequaquam tepore superato excrescit ut ferveat procul dubio calore superato dum in noxio tepore demoratur agit ut frigescat. Sed sicut ante teporem frigidus sub spe est, ita post frigus tepor in desperatione est. Nam qui adhuc in peccatis est conversionis fiduciam non amittit; qui vero post conversionem tepuit et spem que esse potuit de peccatore subtraxit. Aut calidus ergo quisque esse aut frigidus queritur ne tepidus evomatur, ut scilicet aut necdum conversus adhuc de conversione spem prebeat aut iam conversus in virtutibus inardescat, ne evomatur tepidus qui a calore quem proposuit tepescendo ad noxium frigus redit. Et aliter qui mala occulte agunt et bona publice. 73

Admonendi sunt qui mala occulte agunt et bona publice ut pensent humana iudicia quanta velocitate avolant, divina autem quanta immobilitate perdurant. Admonendi sunt ut in fine rerum mentis oculos figant quia et humane laudis attestatio pertransit et superna sententia que et abscondita penetrat ad retributionem perpetuam convalescit. Cum ergo occulta sua mala divinis iudiciis, recta autem sua humanis aspectibus opponunt, et sine teste est bonum quod publice fiunt et non sine eterno teste est malum quod latenter delinquunt. Culpas itaque suas occultando homi-

Similesque pandendo et vbi premi-
ri debeant abscondentes dete-
gunt, et vnde remunerari poterant
detegentes abscondunt. Et nos
vere sepulchra dealbata speciosa
foris, intus mortuorum ossibus ple-
na vitaris vocant, qui vitam in
mala intus congerunt humanis
non oculis quorumdam demonstra-
tione operum de foris iusticie
colore blandiuntur. Ad modum sunt
itaque neque agant vere desperari
ant sed admitti ea meliora tendat
valde namque bona sua dimidi-
ant qui ad eorum mercedem
sufficere fauores humanos pu-
tant. Cum enim pro opere laus
transitoria queritur eterna retri-
bucione res digna vili pretio
venundatur. De quo vero precepto pre-
cio veritas dicit: Amen dico vobis
receperunt mercedem suam. Ad modum
sunt vt hi qui ostendunt quia diu
per nos se in occultis exhibet
sed tamen quidem de se publice in bonis operibus
prelent ostendunt sequenda que fu-
giunt. Clamant amanda que
odiunt viuunt potius aliis et sibi
moriuntur. Alii autem ad modum sunt qui
bona occulte faciunt et tamen quibusdam
factis publice de mala opinione pun-
tur, ne cum semetipsos racionis
vere detrite vivificant in se alios
proximos prave estimacionis occidunt
ne amittunt quam se proximos diligat
et omnem ipsi salubrem potum vini
sorbeant in tentes in sanum considerate
mentibus pestiferum veneni poculum fun-
dant hii minores in vero proximorum
votum vitam adimunt in alto in latum

sunt. Dum student vere occulte
gerere et quibusdam factis ad proximum de
se prave estimacionis tumescens
eius laudis compraviam calcan-
tem sufficit edificacionis firm-
dem perpetrat. Si bono que agit
occultat et si vacando fame
imitanda radicem subtrahit quod
operis boni quod imitandum est non
audit. Hic in ewangelio veritas dicit:
Sic luceat lux vestra coram
hominibus ut videant opera vestra
bona et glorificent patrem vestrum
qui in celis est. Sed illa quasi
sunt premitti que longe aliud
percepisse videatur. Dicit: Attendite
ne iusticiam vestram faciatis coram
hominibus ut videamini ab eis. Quid
est quod opus nostrum et ita faci-
endum est ne videatur et tamen ut
debeat videri precipitur nisi quod ea
que agimus et occultanda sunt
ne ipsi laudemur et tamen ostendenda
sunt ut laudem celestis patris a-
ugeamus. Nam cum ad nos iusticiam
coram hominibus facere dominus prohibet
illico adiunxit ut videamini ab
eis. Et cum rursum videnda
ab hominibus bona opera preciperet pro-
tinus subdidit ut glorificent patrem vestrum
qui in celis est. Eterna i. viden-
da essent vel qualiter non viden-
da ex fine mercedis mutant cordis
operantis meus opus suum et
se videri non quereret, et tamen hoc
esse celestis patris gloriam non cela-
ret. Vnde fit plerumque ut bonum

opus et in occulto fit cum fit publice.
Rursum in publico cum agitur occu-
lte, cum et in publico bono ope-
re non suam sed superni patris gloriam
querit, quod facit abscondit
quia illum solum testem habet
cui placere curavit. Et qui in se-
creto sub bono opere deprehendi
ac laudari concupiscit, etiamsi nullus
fortasse videt quod exhibuit, et tamen
hoc coram hominibus fecit quia
tunc tot testes in bono opere
secum duxit quot humanas lau-
des in corde requisivit. Cum vero
prava estimatio minime peccato
valet abstineri, mentem non
cogit, tutius mala accidentibus
absque culpa comprimat. Unde plerumque
contingit ut qui negligenter de se
mala opinari permittunt per se-
metipsos quidem nulla iniqua
faciunt, sed tamen per eos qui eos imitati
fuerint multiplicia delinquant.
Hinc est quod Paulus ad inmunda quedam
sine pollutione comedentibus
sed imperfectis temptationis scan-
dalum sua hac concessione
moventibus dicit: Videte ne forte
hec licentia vestra offendiculum
fiat infirmis. Et iterum: Et
peribit infirmus in tua conscientia
frater propter quem Christus
mortuus est. Sic autem peccantes
in fratres et percutientes conscientiam
eorum infirmam in Christo peccatis.
Hinc est quod Moyses cum diceret:
Non maledices surdo, protinus ad-
iunxit: Coram ceco non pones
offendiculum. Surdo quippe ma-
ledicere est absenti ac non au-
dienti detrahere. Coram ceco
non offendiculum ponere est dis-
crete quidem rem agere, sed ei
qui lumen discretionis non habet scan-
dali occasionem prebere.

Hec sunt que presul ani-
marum in predicationis diversitate
